nuſque odorati. Folium ambabus totum toxium: prolixo: neruaceoque Pediculo conſtans. Singula uero in uerſum condita: modo alæ lateribus exeunt: tanquam ex omnibus unum exultet: ad neruum uſq; laciniatum. Verum inter ſe ampliuſculo: ſingula diſtant. Decidunt non paulatim: ſed ſimul tota illa alata facies. Sunt in uetuſtioribus: breuioribuſq; pauciora. Omnibus in poſtremo pediculi: folium impar prominet: ut etiam cuncta numero impari abſoluant. Figura laurum tenuifoliam imitantur. Veruz ambitu ſerrata: breuioraque ſunt: nec inextremum acutum mucronata: ſz in rotundius orbiculata. Flos racematim ſingulari peciolo: e multis minutis: & candidis conſtans. Fructus quoq; cuz large fructificatur: racemi modo aceruatus producitur. Quippe multa eidem coherent peciolo: ita ut faui quodammodo ſpeciem gerat. Eroditur a uermibus ſuper arborem: crudus adhuc: magis quam meſpilata: pyraq;. Quamuis hic maxime omnium ſit acerbus. Ipſa quoq; arbor uermibus obnoxia eſt. Atq; ita ſeneſcens exareſcit. Et uermis eius peculiaris: ruffus: piloſus. Noua admodum fructificat. Et enim trima continuo parit. Autumno cum folium anmiſerit: protinus amentaceum gerit peciolum: pinguem: ac turgidũ: quaſi iaz parturiat. Germina itaq; hyeme perdurat. Aculeis tam ſorbus: quam meſpilus caret. Cortice leui pinguiuſculo. Colore ad flauũ albicante. Nouæ ueſtiuntur. Annoſæ autem ſcabro: nigroq;. Præſtat hæc arbos magnitudine rectitudineq;. Coma cõcinna ornatur. Quippe magna ferme ex parte: nucis pineæ figurã: ſuo uertice: capit: niſi aliquid impediat. Materies ſolida ſpiſſa: colorata: ualida. Radices haud multas: nec alte deſcendentes. Validas tñ: & craſſas: & incoruptibiles agit. Naſcit radice: auulſione: ſemine. Solum gelidum: atq; humectum querit: quo tã & ſi uiuatior: aboleriq; cõtumacior: tamen montibus etiam naſcitur. Arbor natura pecularis cerauſus ẽ: magnitudine excellẽs. Quippe: quæ ad uiginti quatuor cubita creſcat recta: admodum craſſa: ut & ad bicubitalem ambituz e radice complcat. Folium meſpili: ſed admodum durum latiuſq; ut e lõginquo arbos colore ſit manifeſta. Corticis leuitate: colore: craſſitudineque tiliæ ſimilis. Qua propter cunas exeo conficiunt: ſicut etiaz e corticibus tiliæ. Hic neque recto meatu aſcendit: neq; gyro pariter obducit: ſed mucronatim ambit: ab inferius ſurſum uerſus ſe ad minuſq; contrahens: quẽadmoduz foliorz diſcretio. Cumq; deſquamatur: hoc eodem modo decorticatur: alioquin præſcindit: nec pars aliqua eodẽ filo detrahi poteſt. Quin & per craſſitudinem: prætenuis modo folii ſcinditur. Reliquumque durare: aboremque tueri poteſt. Simili modo ambiendo. Reliquo autem cortice ablato: humor tunc quoque defluit & cum externa tunica tantum detracta ſit: reliqua pituitaceo quodã humore nigreſcit: rurſuſque anno ſecundo: alia uice illius ſubnaſcitur: uerum tenuior. Materies in neruo cortici ſuo ſimilis ſe in anfractũ conuoluenti. Virgæ quoque eodẽ modo illico enaſcũtur.

UVA. BHSC. IyR_056

Ramis creſentibus euenit: ut alii deorſum aſſidue pereant: alii ſurſum uer ſus increſcant: omnino arbos minus eſt: ſed multo enodior quam populus Radice multiplici per quam ſumma: ſed non craſſa: innititur: & conuolutio eadem radicis: & corticis radicem tegentis eſt: flos cãdidus pyro: & meſpilo proximus: & paruulis floribus conſtans: forma fauaceus: fructus rubet: figura iouis flãmæ perſimilis: magnitudine fabæ: uerum iouis flammæ nucleus durus ceraſo autez mollis: naſcitur ubi talia ĩ planuſ: ubi amnes & rigua ſambucus quoque iuxta aquam potiſſimum: locisque umbroſis emicat: Cæterum & in minus eiuſmodi ſolo naſci non recuſat eſt fructicoſa uirgis. Quæ anniculæ donec folia decidãt: in longitudinem creſcunt. Tum in craſſitudinem ſe diſtendunt: uirgis excelſio non nimis magna, Sed ſena maxime cubita caudici craſſitudo modo galeæ. Cortex leuis: tenuis ſpiſſus. Materies fungoſa: & ſiccata leuis Medulla præmolli conſtans: ut uirgæ totæ cõcauentur. Quamobrem ex his baculos faciunt præleues. Siccata ualida eſt: & in offenſa aquis: etiã diſquamata ſi ſit: diſquamatur ſua ſponte cum exaruerit. Radices per ſummaz ceſpitum: non multas: nec grandes: agit folium quod particulatim exeat: molle: atque oblongum: ſicut lauro latifoliæ Verum maius latius rotondiuſque de medio ſubtuſque extermo in acutuz compreſſius ambitu ſerratum totũ ãt circa unum pediculum: craſſum: neruoſumque: tanquã ramulus conſtat: & foliorum: alia hinc: alia inde: geniculatim. conuingatimque adherent: ac inter ſeſe ſpatio diſtant. Vnumque exit in cacumen ſubruffa admodum folia: fungoſaque ſunt: defluit id totũ ſimul: & hinc unum folium totum eſſe ratione putaueris. Rami quoque nouelli quedam ad geniculorum ſpeciez habent: flos candidus: e minutis permultis candidis conſtans: ſpecie faui ſuper fiſſuras pediculi. Redolet lirium grauiter enim fructum uero non ſecus ſingulo pediculo craſſo: anne xum racematum profert. Hic matureſcens nigreſcit maturus omphaceus eſt: magnitudine eruo: paulo maior humore aſpectu uinaceus & interna ui ſu ſeſſemacea continet: ſalix quoque aquatica & multigena eſt. Nam alia nigra dicta: quod cortice nigro: aut puniceo tegatur: alia candida quod candido Virgas pulchriores: & ad texendum cõmodiores: nigra profert: candida ſpiſſiores: eſt tam nigræ quam candidæ: genus quoddam paruum & in cremento in excelſum orbatum ſicut uel in cæteris arboribus idem intelligi poteſt: ut in cedro: & palma. Hoc arcades non ſalicem: ſed hellicam uocant: exiſtimantque: ut retulimus: fructum fœcundum eam parere. Sunt & ulmi genera duo: alterum monti ulmus: alterum ulmus uocitatum intereſt: quod ulmus fructicoſior eſt: mõtiulmus auctior folium indiuiduum: leuiter circumſeratum: oblongius quã pyro: ſcabrum non leue: preſtat hæc arbos: & amplitudine: & altitudine: Non crebra circa idam: ſed rara prouenit Amat rigua Materies flaua: robuſta neruata: de formis. Quippe tota cor eſt: utuntur ea: uel ad lautiores fores: & uiridis ceſſu facilis: ſicca difficilis

UVA. BHSC. IyR_056

est. Sterilis denique putatur. Gummam in petiolis gignit. Et animalia quædam culicea: & amenta peculiaria gerit. Autumno multa minuta nigra. Cæteris uero temporibus: quid ferat minus animaduersum est. Populus alba: nigraque: uniformes habentur. Corpore ambæ erecto. Sed excelsior: leuiorque nigra. Figura foliorum similis. Et lignum cum ceditur: albedine simile est. Vtranque ne florem quidam habere existimant. Alpina populo albæ non ab similis est. Cum magnitudine: tum uero quod ramis albicantibus spargitur. Folio hederæ. Sed parte altera sin angulo. Altera: ob longo: inque angulum exeunte acutum. Colore parte resupina: pronaque ferme simili. Pediculo prolixo: tenuique annexo: Quamobrem non erecto. Sed in flexo. Cortice asperiori quam populus alba. Scabrioque: ut pyrus silvestris. Alnus quoque sterilis: & unigena est natura. Corpore recto. Ligno molli. Medullaque molli. Vt uirgæ graciliores totæ concauentur. Folio pini: nisi quod ampliori. Neruosiorique: cortice scabro: ruffoque intus. Qua de causa coria tingit. Radice summa: nec maiore quam laurus. Nascitur in aquosis. Alio nullo pacto. Betulla folio cariæ dictæ conditur. Præterquam quod paulo angustiori. Cortice autem uersicolore. Et maturiæ leui. Non nisi ad baculos utili. Colytea folio salici uicina est. Ramosa: foliosaque. In totum ampla. Fructum in siliqua sicuti legumina gignit. Eaque lata: non angusta. Semen inclusum paruulum. Non magnum: durum modice. Non nimis: nec abunde. Pro magnitudine sua fructificat. Sed que fructum in siliquis ferant: rara inuentu. Quippe inter arbores: pauca huiusmodi habentur. Nux auellana: & enim hæc quoque natura silvestris est. Quoniam silvestris: nullo. Aut non multo deterius. Quam urbana: fructificet. Et hyemes quacunque perpeti possit. Montibusque magna ex parte proueniat. Et quidem fœcundissima: temporia ubertate. Ad hæc quod non caudicosa. Sed fructicosa. Virgis sine alis enodibus. Verum breuibus. Crassisque non nullis assurgit. Cæterum & mansuescere potest. Differt tamen. Quod fructum meliorem. Foliumque amplius habeat circum serratum. Folium ambabus simillimum alno. Sed latius. Atque arbos ipsa amplior fœcundior assidue reddi tur: uirgis præcisis. Ambæ bino genere constant. Quædam enim rotundam. Quædam ob longam nucem largiuntur. Sed urbanarum fructus candidior est. Locis aquosis potissimo fructificat melius. Silvestres transiatæ mansuescunt. Corticem summum habent tenuem. Pinguem: maculis albidis. Peculiariter uariatum. Materies admodum lenta. Vt prægraciles uirgæ desquamatæ. Crassæ derasæ renouentur. Habent medullam tenuem. Flauam: qua concauantur. Peculiare his iulus callo compactus: ut retulimus. Terebinthorum alia mascula. Alia fœmina. Mascula sterilis est ob id sexui maris adoptatur. Fœminarum. Alia fructum protinus ruffum promit magnitudine lentis. Qui concoqui nequit. Alia uiridem

UVA. BHSC. IyR_056

editum ruffum : poſtmodum tingit : & cum uitæ matureſcentem nigrum nouiſſimo facit: magnitudine fabæ: reſinoſum & ſulfuroſum. Circa idam & macedoniam breuis: fructicoſa contortaque naſcitur: at aput damaſcum ſyriæ magna: copioſa decoraque. Montem enim quendam terebintus refer tum ut nil aliud habeat. Referunt materies ei lenta. Radices ualidæ in pro fundo : atque in totum incorrupta hæc arbos habetur: flos oleæ: uerum co lore ruffeo: folia circa unum pediculum : pleraque ſpecie laurinorum con iugatim quenadmodum ſorbo. Quodque parte poſtrema acuminet. Im par exit. Verum minus angulata quam ſorbo: ambituque laurino ſimilio ra: & pinguia: cum uniuerſo fructu fert & ad nucis ſimilitudinem: quæda3 concaua : ut ulmius: quib⁹ beſtiolæ: tanquam culices innaſcuntur : fit in his reſinoſum quid lentumque: ſed reſina tamen non hinc legitur : ſed aligno fructus reſinæ copiam non mittit: ſed manibus tantum adheret : & ſi non lauetur: poſtquam collectus eſt: inter ſe cohereſcit: cum uero lauatur : can didus probeque maturus ſupernatat. Niger ſubſidit. Buxus magnitudine non excellit: folio myrto ſimilis. Naſcitur locis algentibus : atque aſperis. Quippa cytera talis eſt qua plurima prouenit. Olympus quoque macedo nicus frigidus eſt. Nam & in eo gignitur : Quā quam non magna. Maxima aute3 pulcherimaque in cyrena eſt, Procera enim craſſitudineque: cæteris lō ge præſtantior. Crategus quam alii crategonem uocant: folio Meſpilæ: pro miſſo ſcilicet eſt. Verum maiori: latiori: oblōgiorique: nec ſerato: quemad modum illa fit. Hæc nec admodum magna: neque craſſa. Materies ei uerſi color: ualida : flaua: cortex leuis. Meſpilo ſimilis. Radix ſingularis acta in profundum. Magna ex parte fructus rotundus: qui matureſcens ſiccatur: nigreſcitque guſtu: & ſucco: meſpilaceus. Qua propter ueluti ſilueſtris me ſpilus aparuerit: eſt ſpecie ſimplex : & ſine ullo diſcrimine. Ilex folio robo ris eſt. Verum minori: aculeatoque. Cortice leuiori quam robur. Arbor ip ſa magna aſſurgit: modo roboris: ſi locum: ſolumque adipiſcatur ideneu3 Materies ſpiſſa: robuſtaque alta admodum: atque multiplex: fructus glan doſus: ſed glans ipſa puſilla eſt. Veterem nouus occupat. Nam ſero ma tureſcit. Quamobrem bifera hæca non nullis exiſtimata eſt: fert præter glā dem: granum quoddam puniceum: & uiſcum: atque hyphear habet. Qua propter ut fructus quaternos habeat nonnunquam contingit binos propri os : binoſque alienos: uiſci ſcilicet: atque hyphearis: fert a ſeptentrione uiſ cum: a meredie hyphear. Similila cem arcades uocant arborem ilici ſimile3 folio tamen non aculeato: ſeu molliori: profundiori differētiiſque pluribus diſtinguendum. Nec materiæ: ut illa ſolida: ſpiſſaque: ſed ſoluta : molliq; in opere. Quod phellodryn idem arcades nuncupant : natura huiuſmodi eſt. Simplici quidem ratione inter illicem & robur hanc eſſe putaueris : & quidam fœminam ilicem eſſe putarunt. Ideoque ubi ilex non prouenit: hac ad plauſtra ſimiliaque utuntur opera: ut lacedemoni : & elii. Dores quide3

UVA. BHSC. IyR_056

uel agreſtem eam appellant. Eſt mollior ac ſolutior. Ilice durior: ac ſpiſſior quercu. Colore ligni decorticati. Candidior ilice. Fuluior quercu: folio ſimilis ambabus. Verum maiori quam ilex. Minori quam quercus. Et fructum pro magnitudine. Minorem quam ilex habet non hoc the. Maiorem quam quercus. Fructum ilicis: huiuſque. Non nulli acylum uocant. Roboris autem glandem. Eſt & medulla manifeſtior quam ilex. Phellodrin natura huiuſmodi eſt. Arbutus, quæ pomum cibo idoneum ferat. Magnitudine non nimium præſtat. Corticem tenuem. Tamaraci ſimilez habet. Folium inter ilicem & laurum. Floret menſe iulio. Flores ſingulari appendice parte poſtrema racemati coherent. Specie quiſque myrto oblongo ſimilis. Et magnitudine tantus. Non foliatus. Concauus tanquam ouum exculptum ore aperto. Cum autem defloruerit. Retinaculum perforatur. Quodque defloruerit tenue ſicut uerticillis circa fuſũ. Vel carnius doricus extare apparet. Fructus anno integro matureſcit. Vt ſimul hunc haberi. Atque alterum flore ſponderi contingat. Potulaca quoque folio arbuto ſimilis ẽ. Magnitudine nõ nimiuz præſtans. Cortice albo circũrumpi ſolito. Fructum arbuto ſimilem parit. Prunus his folio ſimilis. Corpore parua: peculiare in hac. Fructum lanugine papo ducta: periæ, Id enim de nulla alia arbore accepimus. Hæc regionibus: lociſque pluribus aſſignantur communia. Quædã uero propria: locis certis redduntur. Vt ſuber arbor pyrrheni familiaris caudicoſa. Parumque ramigera. Admodum tamen procera. Auctuque inſignis. Ligno robuſta. Cortice unice craſſo: diſrumpique ſolito. Quemadmodum piceæ uerum fragmentis grandioribus. Folio fraxini craſſo: oblongiori. Non deciduo: ſed perpetuo. Fructũ glandoſum aſſidue fert. Aquifoliæ ſimilem Detrahunt corticem: uniuerſumque diuidendum cenſet. Alioquin arborem deteriorem effici uolunt Rurſum uero intra triennum repletur. Colutea quoque liparæ propria traditur: arbos magnitudine præſtans. Fructum in ſiliqua ferens. Magnitudine lentis. Qui oues mirum in modum pinguefacit. Naſcitur ſemine: & fimo præcipue oulilo. Tempus ſerendi: cum arcturus occidit. Serendum ſemine præmadefacto. Cum iam in aqua pullulare incæperit. Habet folium non ab ſimile fœnogræco. Germinat primo uni caulis. Triennio maxime. Quo quidem tempore baculos decidunt. Tunc enim preſtantiores eſſe uidentur. Et ſi ita quis decurtauerit: mox arbor emorietur. Haud enim latere plantigera conſtat. Spargitur deinde in ramos: quartoque anno arboreſcit. Arbor circa idã proueniens: quam colyceam uocan: genus aliud eſt fructicoſum. Ramoſum: aloſum. Inuentu rarum: non crebrum. Folio laurino: lauri lactifoliæ. Sed rotundiori: amphoricue. Vt uel ulmeo ſimile appareat: ob longius tamen. Colore parte altera herbido. Tergo autem albudo: neruoſoque. Tum ibidem nruulis prætenuibus: fibriſq; tum inter eas propagines: quidem medio callo: in coſtaz ſpeciem

UVA. BHSC. IyR_056

adducuntur: cortice non leui: ſed quaſi uitis ueſtitur: ligno duro ſpiſſoque conſtat. Radice per ſũma graciles: atq; ſolutas gerit ſed uibratas: flauaſque Maiores immodum fructu: floreque carere putatur. Amentũ aũt ſurculũ gemmaſque circa folia: admodũ leues: pingues candidaſq; facie amẽtacea fundit: præciſa: uel igne deuſta ab imis ſubnaſcitur: atq; reſſurgit. Illa quoq; propria eſſe circa idam ferunt: laurus alexandrina cognominata: ficus quædam: uitiſq; lauri proprietas: quod fructũ ſuper folia gignit: quẽadmodũ myrtus ſilueſtris. Quippe fructũ ambæ ſuper dorſũ folii ferunt. Ficus fruticoſa eſt: nec excelſa: ſed craſſa: ut uel cubitali ambitu ſit: ligno cõtorto lẽto: inferius leui: nullo q; ramo ſuperius. Gyro comato: colore tam folii: quã corticis huido: Figura foliis uilie ſimilis. Mollia quoq; lataq; ſunt: magnitudine ſimilia flos meſpili: & cũ meſpilo floret: fructus: quẽ ficũ appellãt ruffus: magnitudine oliuæ: ſed rotundior. Guſtu meſpilaceus: craſſas radices agit: ut ficus urbana: lentaſq; nunq; hæc putret: & cor ſolidũ: nõ mollem medullã continet. Vitis naſcitur ea parte idæ quã uocãt phalacras eſt fructi coſa. uirgis paruulis & ramulis cubitalibus pene exporrigitur. Quibus acini laterales nigri adherent: magnitudine fabæ: dulces qui lignũ uinacei mõ intus continent: ſolium rotundũ indiuiduũ: paruumq;. Cæteris quoq; mõtibus propria quædam natura dederat: aliis arbores: aliis fructices: aliis reliquæ materiæ aliquid: ſed proprietatem ſingulis locis ineſſe: dictum ſæpius eſt. Diſcrimen autẽ quod ĩ prædictis unigenis: tam arboribus: quam fructibus præcipitur. In reliqui quoque plurimis pari modo: ut expoſuimus intelligi poteſt. Exempli gratia. Inrhamno: paliuro: equo: oeto: fluida hedera. Rubo multiſque aliis. Rhamnorum enim alia nigra. Alia candida. Fructuſq; diuerſus. Ambæ uõ aculeigr q3 eq3. Alia cãdida: Alia nigra. Et flos fructuſque utrique pro ratione diſcriminis Alius candidus. Alius niger. Non nulli etiam medii quodammodo ſunt. Quibus flos in purpuram candicans. Nec enim fuluus: Nec exalbidus eſt: folia quoq; tenuiora: leuioraque candidæ: ut uirgæ ſimiliter graciles: & leues. Palirus quadã in ſiliqua fert. In ua terna aut quaterna ſemina gignit. Quibus medici contra tuſſim: contuſſis utuntur. Habẽt. n. lenticiam quãdã: atque pinguedinem: ut ſemen lini: Naſcitur locis dilutis: & aridis: ſicut rubus. Sed non minus diluta quærit: foliis deciduis eſt: non perpetuis: quemadmodũ rhammis. Rubi genera plura: q3 maximo inter ſe diſcrine: diſtãt. Quod quædam erecta: excelſaque. Quædam prope a terra protinuſque deorſum uergens. Cumque ſe terræ coniunxerit radicans rurſus: quem humirubũ quidam appellant. Cani rubus autem fructum ſubrutilum parit: malo punico ſimilem: eſt inter frutiecm: atque arborem punicæ: non abſimilis folio amerinæ. Fluidarum: aliam maſculam: aliam fœminam dicunt. Quod alia ſterilis: Alia fructifera ſit. Nec uirgas longas gerit: Neque craſſas: Folium ulmeo ſimile: niſi quod parum ob longius.

Denſum

UVA. BHSC. IyR_056

Denſumq; aliquantulum ramulorum nouellorum. Folia paribus interno diis coniungatim condita adherent: & plane e lateribus ordo uerſus conſpi citur. Inficiunt his coriarii alba coria. Flos candidus: racematim enaſcens. Hic ubi defluxit: fructus cum labruſca rubeſcit: fiuntque ceu lentes tenues: cõgeſtæ. Figura his quoque in modum uuæ. Medicamentum fluida dictum oſſeum in his continetur. Radix per ſumma: & ſimplex: ut facile reflecti poſſit radicitus lignum ſine medulla. Et cæſum quoque incorruptum perdurat. Naſcitur omnibus locis: ſed in argilaceis potiſſimo preſtat Hedera quoque multigena eſt. Quædam enim humi repens. Quædam ſe in excelſum attollens. Et ex celſarum genera plura: ſed trina ſumma pateſcunt. Candida. Nigra: tertiaque clauicula. Horum item ſpecies plures. Quippe alia fructu tantum candida. Alia etiam foliis. Rurſus fructu3 tã tum candidum ferentium. Alia maiuſculum: denſu3: & uelut in globum circumactum fructum profert: Quuam corimbiam quidam uocarunt. Athenienſes archanicam riguam cauſa appellant. Alia minorem: ſparſio remque modo nigræ. Sed clauicula differentiis maximis diſcenitur. Et. n. foliis plurimum diſtat: cum paruitate: tum quod angulata: concinnioraq; ſint: cum hedera rotundiora: ſimplicioraq; habeat. Diſtant etiam internodiorum longitudine: atq; etiam ſterilitate: quoniam fructum quædam nõ ferant. Quod non in hederam tranſfigurentur: ut quidam uolunt. At uero ſi omnes ex hederentur: ut aliis placet: ætatis certe: diſpoſitioniſque: nõ generis: erit diſcrimen. Quemamodum piri ad piraſtrum. Tamen eius quoque folium multum ab hedera diſtat. Verum id rarum: & i paucis euenit: ut uetuſtate permutetur: ceu in populo alba: & crotone. Ergo clauiculæ plura genera. Sed quæ conſpectiora: ſumaque occrrant: tria ſunt. Herbacea: acuirens: Quæ plurima eſt. Secunda candida. Tertia uerſicolor thraciam quidam appellant. Et harum quæque diſtare uidetur. Quippe herbaceæ quædam folio tenuiori: oblongiori. Atque etiam denſiori. Quædam minus hæc omnia habens. Et in uerſicoloris genere. Alia folio ampliori. Alia minori: macularumque habitu diuerſa pari modo: & magnitudine: cololreque diſtant. Actu præfacilis herbacea: inque plurimum uenit: manifeſtamque exhederetur affirmant: non tantum foliis: quæ maiora latioraque habet. Verum etiam germinibus. Protinus enim erecta gerit. Non in flexa gracilitate: & longitudine. Herbacea uero craſſiora. Breuioraque ac hedera ſem̃ ut proferre incœpit. Germen ſublime. Rectumque edit: ẽ qđ uniuerſa hedera radice nũeroſa. dẽſa. Flexuoſa ſurculoſa: craſſa nec nimis alta. S3 p̃cipue nigra: & iter cãdidas: q̃ aſprima: imitiſſiaq; hẽtur: q̃obrẽ eius ãplexus arbor̃s oẽs ifeſtat: oẽs ei3 necat: & exicat: ablato alim̃to. Craſſat hæc maiorẽ im̃o3: atq; exarborat ĩtm̃: ut pſe ipſa hedere arbor fiat. At tamen exmaiore partem ſemper ſuper aliud uitam degerere ſolet: atque ut ita dixerim: amplexi caulis eſt ita pro ſua natura uel quidam eiuſmodi il

UVA. BHSC. IyR_056

lico gerit. Nam egerminibus radiculas assidue inter folia mittit: quibus: arboribus: murisque obrepit: quasi de industria a natura exhibitis: atque ita humorem auferens: exaurientsque arefacit. Et si inferius succidatur: nihilominus uiuere durareque potest: Habet uel aliud discrimen non mediocre in fructu. Nam alius dulcis: alius uehementer amarus: tam in candida quam in nigra. Indicium quod alii aues mandunt alii minime attingũt. Hedera ita se habet. Similax idest hedera cilicia amplexi caulis ipsa quoq; assurgit: fructus aculeatus: & uelut præhorridus: folium hederæ parum sine angulo iuxta pediculi retinaculum humectum peculiare quod medium illum caulum qui instar spinæ animantium serat: prætenuem habet: & interualla staminea: non ex eo porrecta: ut cætera: sed circa eum in orbem circumacta: ab annexu pediculi ducit ad caulem uero foliorum internodia consumatem ullus ab eiusdem pediculis atq; folia tenuis seq; cõuoluẽs depẽdet Flos cãdidus suauiter olẽs: uerno proueniens tempore fructus proximus herbe solano: atque melothro: & maxime uuæ labruscæ uocitate. Racemi pensiles ut hedere sunt. Verum ad labruscam potius accedunt. Nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt. Colore fructus rutilus est. Nucleos in uniuersum quidem binos continet: quanquã grandior ternos: & paruulus unum. Nucleus durus admodum est: & colore forinsecus niger. Peculiare racemis: quod per latera caulium sepiunt. Postremoque caulis racemus omnium maximus propendet: sicut in rhamno: & rubo: unde fit: ut extremo fructi fere & latere large fructifera ista spectetur. Arbor euonymus dicta: nascitur cum alibi: tum in lesbo insula: monte orcynio: cui nomen ordino. Magnitudine mali punicæ: atque flore eiusdem. Maiori quã uica peruica: & molli ut punica. Germinare mense septembre incipit: Floret in uere: Flos colore albæ uiolæ. Similis odore infestus: uelut cruorem inferens: fructus cum putamine: silique sesamæ proximus intus solidus: præterquam quod inuersus diuiditur quaternos. Hic pecus enecat gustatus Quinẽt folium idẽ facit: & potissimo capras: nisi purgentur: interimit. Purgantur aũt anocho. Et de arboribꝫ quidẽ: atq; fructibus dictũ iã est. Reliqua de cætero idicãduꝫ

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM LIBER QVARTVS. SEQVITVR.

Xpos tæ superius sunt defferentiæ unigenorum. Omnia uero suis locis meliora proueniunt magisque uigent. Nec siluestribus loca ꝓpia desunt: Sed singula sibi accomodata sortiuntur quemadmodum urbana. Quædam enim aquosa: & palustria adamant: ut populus ut salix. Denique omnia quæ secus fluuios nasci solent: Quædam edita quæ rũt atq; aprica alia potius ut rosa: Pinastrum enim pulcherimum amplissimumque apricis emigrat. Vmbrosis autem nasci omnino nequit.

UVA. BHSC. IyR_056

Contra abies umbrosis pulcherrima: Apricis haud similis sibi assurgit. Itaque in archadia circa cranam uocatam: Loco quodam concauo: & silente a uentis. Quem nunquam solem attingere aiunt. Abietes plurimum: Tum longitudine: tum crassitudine. Cæteris præstant. Non tamen pariter frequentes. Neque pulchræ cernuntur. Sicut etiam pinastri: quæ locis umbrosis enascantur. Quamobrem ad lautiora operum: ut fores. Cæteraque magnificienda hisce minus utuntur. Sed ad nauigia: domosque dumtaxat. Quippe trabes & antennas. Ex his optimas faciunt. Atque etiã malos: præstantissima longitudine. Sed non similiter ualidas. Atque ex his: quæ soli expositæ starent. Sed ex breuitate densiores illis: robustioresque. Taxus quoque & padus. Thraupalus gaudent uehementer umbrosis. Montium cacuminibus: locisque algentibus Thura enascitur: & excelsa quidem. Abies: & iuniperus nascuntur quidem. Sed non in excelsum. Sicut etiam circa cyllenum promontorium euenit. Celastrus quoque summis: gelidissimisque prouenit locis. Igitur hæc frigidorum locorum auida ratione posueris. Reliqua uero: ut ita dixerim. Omnia: apricis potius gaudent. Verum id quoque pro modo suæ cuique telluris euenit. Itaque in creta insula. Montibus ideis. Leucisque uocatis: super summa: quibus nix nunquam deest. Cupressum comperiri affirmant. Nam id genus siluæ plurimum: & in montibus: & omnino in insula est. Sunt autez. Vt dictum superius est. Tam e siluestribus. Quam ex urbanis. Alia campestria. Alia potius montana. Inque montibus ipsis ad porcionem. Alia in imis. Alia in summis: proueniunt. Ita ut pulchriora. Et fertiliora exurgant. Vbique autem uniuersæque siluæ pars. Ad septemtrionem spectãs ligna spissiora. Pulchrioraque profert. Et summatim meliora. Atque omnino robustiora in aquiloniis exeunt: augentur. Atque proficiunt densæ in longitudinem potius. Ideoque enodes. Recte: proceræque fiunt. Remique ex his optimi summuntur. Rare consitu in profunditatem: potiusque crassitudinem distenduntur. Propterea obliquiores: nodicres. Atque in totum solidiores. Spissioresque assurgunt. Has easdem fere differentias habent: & quæ opacis: afflatuque permotis nascuntur. Nodatiores enim breuiores: minusque recte: quæ apricis. Quam quæ flatibus expositis locis exeant. Quod autem singula terram propriam: cælique accomodatam temperiem querunt: eo sane manifestum: quod quædam loca aliqua ferũt Quædam nec sponte ipsa nascentia. Nec sata facile ferunt. Et quanquam apprehenderint fructum. Nullatenus pariunt. Vt de palma: & moro ægyptia. Aliisque quibusdam. Retulimus. Sunt enim plura lociſque pluribus. Quæ tam & si seruntur: augeri tamen: fructificare non possunt. Viciataque in totum assurgunt. De quibus fortasse ducendũ est: in q̃tũ hẽamus historiæ. Sũt. n. pleraq; in ægypto arbores: ut morus: & ꝑsea dicta. Et glãs: & spina: & aliæ q̃dã q̃ pegrinari oio neq̃ũt. Morus similis quodãmo-

UVA. BHSC. IyR_056

do moro noſtrati eſt. Quippe folio magnitudinem: aſpectuque proxima. fructuꝫ præter cæteras peculiariter gignit: ut uolumine primo diſſeruimus Non enim germinibus: non ramis: ſed caudice pomum parit magnitudine ficus: & uiſu proximum: ſucco atque ſapore caprificus ſane ſimile. Verum longe dulcius graniſque internis omnino carens Multitudine numeroſius: Matureſcere nequit: niſi ſcalptum. Quod unguibus fereis ſcalpitur. Quæ que ſcalptim ſint: ad quartum diem matureſcunt. Hiſce ablatis: alia: & alia ex eodem loco ſubnaſcãtur: nullo diuerſa: idque alii ter alii ſæpius factitari affirmant: lactuoſa arbor admodum eſt: & ligno ad multa per commodo. Proprium id præter cætera: habere uidetur: quod ceſum continuo uiride eſt Siccatur autem in profundo aquæ. Mergitur enim in profundas fodinas ſtagnaque protinus atque conditur. Madefactumque in profundo ſiccatur. Cumque ſiccum omnino fuerit: ſuperfluitat: atque innatat. Itaque probæ conditum eſſe uideatur. Fit enim leue: atque ſolutum. Morus proprietates haſce ſortita eſt. Proxima natura eius uidetur: quæ increta ficus cypria nuncupatur. Nam illa quoque fructum: caudice: ramiſque craſſiſſimis: fert. Niſi quod germen quoddaꝫ ſine uilo folio: tanquam radiculam mittit: cui fructus prepilatur: Caudex magnus: & populo albæ ſimilis: folium ulmo in fructus quaternos perficit: totienſque germinat: ſed nullum ad maturitateꝫ perducit: niſi pomo ipſo in maturo inciſo: emiſſoque lacte. Dulcedo ſicubi non abſimilis & interna groſſis plane conueniunt. Magnitudo autem pruni eſt. Similis etiam ſiliqua: quam iones ceroniam uocant. Nam & ipſa caudice maximam fructus partem expellit. Ramis autem: ut diximus: paucum fert. Siliqua quam ægyptiaꝫ ficum quidam appellant: errore ſcilicet. Nulla. n. oio i ægypto: ſed in ſyria naſcitur: & in ionia circa cnidum rhodumq; foliis ſemper comantibus: flore candido: & olente grauiſſime. Radice leuiter ſublimi Atque omnino plantigera imis partibus eſt ſuper ius tamẽ ſub areſcens: fructum anniculum ſimul & nouum habet: altero namque detracto poſt canis ortum: protinus alterum gigni pateſcit. Gignitur enim uuæ modo indiſcretus: atque uniformis. Tum auctus circa arcturum: & æquinoctium floret dehinc hyeme exacta durat uſque ad canis ortum. Ergo ſimilitudo quidem: quoniã hæc etiã fructum caudice fert. Differentiis autem prædictis a Moro utique diſtinguntur Eſt in ægypto alia quoque arbor perſea dicta: aſpectu magna formoſaque: folio: flore. Ramo pyro totaque figura potiſſimum uicina. Niſi quod altera folio perpetuo: altera deciduo eſt Fructum abunde parit: omnique tempore: pereicit: quippe nouus annicu lum ſemper occupat Maturitas aniuerſariorum afflatu conficitur. Reliquum crudiorem auferunt: atque recondunt. Eſt magnitudine pyri figura oblongus: amygdalæ modo: colore herbidus. Nucem intus quemadmodum prunus continet. Verum longe minorem: mollioremque carnem uehemẽter dulcẽ ſuauẽ cõcoctuq; facilẽ. Nil enim eos qui nimiũ comederit tentat.

UVA. BHSC. IyR_056

Radice arbor exuperat: tum longitudine. Tum etiam craſſitudine. Multitudineque. Materiem robuſtam: & uiſu gerit decoram. Atram: ut faba græca. Ex hac etiam ſimulacra: & lectos: & menſas: & reliqua ſimilia faciunt. Glans a fructu nomen accepit. Folium ei ſimile atque myrto: ob longius tamen. Illeſa magnaque arbor eſt. Verum non recta: ſed cõtorta. Fructus putamine contuſo unguentarii uti ſolent. Eſt enim boni odoris. Sed fructus ipſe in utilis magnitudine: uiſuque intueri proximus. Materies ualida: & tam ad alia: quam ad nauigia percommoda. Cucofera: quæ appellatur: palmæ ſimilis eſt. Similitudinem in caudice: & foliis repræſentans. Sed differt. Quod palma indiuidua: ſimplexque aſſurgit. Hæc cuꝫ aliquatenus increuerit: ſcinditur: fitque bifida. Iterumque horum utrunque pari modo diuiditur. Item uirgas breues: nec multas profert. Cortice ſicuti palmæ ad utenſilium nexus utuntur. Fructum peculiarem parit. Nam & magnitudine & figura: & ſucco: ſingularem. Quippe magnitudine ferme qua manũ impleat. Rotundum: non ob longum. Colore flauicãtem. Succo dulcem: & ori gratiſſimum: non congeſtum: ut palma. Sed per ſingula diſcretuꝫ: nucleo magno: uehementerque duro. Ex quo annulos uerſicolores detornant. Quibus inſtragulariis uinculis utuntur. Materies a palma plurimum diſtat. Altera enim rara corpore: neruoſa: & uiridis. Altera ſpiſſa: grauis: carnoſaque. Et cæſa: criſpa admoduꝫ. Atque dura. Perſæ quidem maiorem immodum eam præferebant. Sed lectoruꝫ pedes ea conficiebant. Spina ex eo nomen accepit: quod tota arbos aculeis horet excepto caudice. Nam & ſuper germina: foliaque aculeos gerit. Magnitudine excellit. Materies quippe duodenorum cubitorum. Tectis idonea: ceditur. Eius duo genera ſunt. Quædam enim candida. Quædam nigra. Et altera imbecillis: facileque putreſcens. Nigra autem robuſtior. Atque incorrupta. Ob id in nauium fabrica. Ad coſtas: ueneriſque compagines: ea utuntur. Erecta non ualde aſſurgit. Fructus in ſiliqua modo legumi-
num: quo incolæ coria perficiunt: uice gallæ. Flos & pulcher aſpectu ut coronas exeo facerent. Et medicamentis perutilis: qua de cauſa colligi a medicis ſolet. Fit & gummа ex ea. Manat tum arbore percuſſa: tum ſpõte: ſine ulla fiſſura. Cum autem cæſa fuerit anno tertio protinus reſurgit. Copia huius arboris large habetur & ſilua ingens circa agrꝫ. Thebanicuꝫ eſt. Vbi & robur: & perſea: & olea. Nam olea quoque eo loco emigrat. Non aquis fluuii riguo. Diſtat enim pluſquam. ccc. ſtatuis. Sed ſuis fontibus. Qui circa eum' tractum permulti exiliunt. Oleum nihilo deterius hoc noſtrate habetur. Niſi quod deterrius olet. Quoniam natura ſale raro utatur. Materies arboris dura. Et cæſa colorem celtis utique repræſentat. Alia quædaꝫ arbos prunus habetur in ſignis magnitudine. Fructum ferens natura' & magnitudine: meſpilis proximum: niſi quod rotundum nucleum habet. Florere incipit menſe iulio: fructum circa brumam

UVA. BHSC. IyR_056

perficit: nec folia dimittit. Qui circa agruz thebanum colunt: propter arbo ris copiam: fructum ſiccant lignoque exempto tundunt: offaſque faciunt Naſcitur peculiaris quædam materia circa memphim: nõ foliis: uel ramis uel tota forma proprietatem ſortita: ſed affectione quæ accidit. Quippe facies eius ſpinoſa. Foliumque filicibus non abſimile. Sed cum ramulos quiſquam tetigerit folia quaſi hebetata concidere: tum tẽpore aliquo poſt reuiuiſcere: rurſuſque uirere affirmant. Atque propria quidem eius regionis: tanquam ſi quis arbores: aut frutices dicat: inſignia hæc aſſignantur. Nam de his quæ in fluuio: atque paludibus exeant: poſtea differemus: cum de reliquis etiam aquatilibus uerba faciemus. Omnes autẽ huiuſmodi arbores ſuis locis magnæ: tum longitudine: tum craſſitudine aſſurgũt. Itaque circa memphim arborem tanta magnitudine eſſe ferunt: ut tres homines nequeant eius amplecti caudicem. Cuius etiam materies cæſa commoda operibus eſt. Admodum enim ſpiſſa. Coloreque celtis arboris eſt. In aphrica uero celtis plurima optimaque gignitur. Nec non & paliurus. Quin & quibuſdam partibus: ut naſſamonico agro: & apud amonẽ: alioſque exiſtit. In cyrenenſi autem cupreſſus: oleaque optime prodeunt. Oleumque plurimum fit. Sed omnium maxime peculiare: laſerpitiuz ẽ. Nam id quoque copioſum ea regio profert. Odoreque ſuauiſſimum. Celtis proprium genus præſtat magnitudine quãta pyrus aut paulo minore: inciſuras folium habet: ac ilicis eẽ uideaẽ materies nigra. Gñra eius plura fructibꝫ iter ſe diſcreta ꝓdunt: Fructus magnitudine fabæ. Matureſcit uuarũ mõ: uarie colores immutãs. Naſcitur quẽadmõz myrta aduerſa interſe denſus ſuper germina guſtatu inter lotophagos dictos. Prædulcis: ſuauis innocuus: atque etiam bonæ frugis. Ventribus eſt ſuauior: qui ſine ligno interiori eſt. Nam uel genus huiuſmodi redditur: & uinuz eo exprimitur. Multa hæc arbor: fructuque copioſa eſt. Exercitum itaque ophelli cum in carthaginem proficiſceretur uel eo fructu: diebus pluribus: paſtum: co meatuum defectu: accepimus. Eſt igitur in inſula lotophagia pharide uocata larga copia. Cæterum non minor in continenti. Sed longe largior ẽ. Plurima enim hæc omnino in Aphrica: & paliurus: ut retulimus. Quippe apud heſperides hiſce ad urendum utuntur. Sed hæc celtis diſtat: ab ea quæ lotophagorum. Paliurus certe fructicoſior eſt. Folio huic noſtrati ſimilis. Fructum diuerſo. Non enim lato. Sed rotundo rubroque. Magnitudine qua cedri: fructificant. Aut paulo minore. Nucleũ non mandendum: modo acinorum punici fructu habent iocundum per ſe. Atque ſi quis uinum infundat tum ipſum ſuauiorem: tuz uinuz ſuauius reddi aſſe uerant. Nõ nulli celtim arborem fruticoſam ramoſamque tradunt. Caudice firmo: uel fideli fructu nuce obducto: parte externa minime carnoſo: ſed potius pelliculari: cibo non tam dulci: quam guſtatu alias grato. Et uinuz quod eo exprimiẽ: nõ niſi binos: aut ternos dies durare: dein acceſcere.

UVA. BHSC. IyR_056

Suauiorē itaq; fructum apud lotho phagos esse. Materiem autē optimam in cyrenea prouincia: tractumque lotophagorum feruidiorem confirmāt. Radicem autem esse quidem multo nigriorem: quam lignum: sed minus spissam: & ad pauciora commodā. Quippe tm̄ ad pugiones: glutinamentaq; usui est. Lignū tibiis & aliis pleriscq; expetit. Parte āt aphricæ: qua nū quam pluit: pleraq; alia: & palmas magnas: atq; optimas prouenire aiunt. Cæterum ubi palma salsilaginem: & riguum esse locum nec admodum in profundo aquam comperiri: & dulcem & ibi salsam in uicem propinquas. At ubi reliqua oriuntur: solum siccum: & omni aqua orbatum esse: ut nō nisi iumentis per uertiginem haurire possint. Quamobrem mirum quo tandem pacto effossæ sint altitudines tam p̄fundæ. Igitur aquas subditas palmis: uel ad amonis delubrum esse ferunt. Vex̄ differentiam: quam diximus: obtinet. Thymum quoq; parte pluuia carente: plurimum nasci: & alia peculiaris naturæ complura. Atq; etiam leporem istic gigni: & dammam: & struthum: & alia ex genere bestiarum. Sed hæc an locum aliquex̄ bibendi gratia petant: incertum est. Præsertim cuz̄ post dies aliquot bibāt. Vt non nulla: ex urbanis: tertio: uel quarto die: potum ducuntur. Serpentes aūt: lacertæ: & similia: quod sine potu uiuere possunt: nulli dubiū est. Aphros hæc onum mandere affirmare aiunt qui uel apud nos uermis quidam multipes: aterq; gignitur: sese in orbes conuoluens. Huncāt locis illis multum admodum nasci: naturaq; esse humidum narrāt. Rore uero: partem carentem pluuia: semper abūndare. Qua propter palmā & siquid aliud humectis proueniat: partim eò quod de terra ascendit: partiz̄ rōe cæli cō stat nutriri. Satis. n. humoris est: pro magnitudine: & natura coruz̄: ut pote sicca: & e siccis constante. & pro desiderio arborex̄: quæ cum plurimæ non sunt: tum peculiares nascuntur. De lasserpitio qualem naturam sortiatur: postea indicandum. In asia uero apud singulos peculiaria quædā proueniunt. Quædā nāq; proferunt terræ. Quædā nullo modo producunt. Vt in asia hederam: & abietez̄: parte superiore syriæ itinere a mari quinq; diex̄: enasci negant. Sed in india uisam in monte: cui mero nomē affirmāt. Quo liberum patrem ortum fabulæ aiunt. Qua de causa alexander cum aliquā do ex india descenderet: coronatus: & ipse: & exercitus ibat. Harpalus uero in media tantum locare eam contendit: serendo sæpe in ortis babyloniis: & curiosæ colendo. Sed nihil efficere potuit. Hæc enim nullo pacto uiuere ualebat: sicut reliqua: quæ aduecta de græcia sunt: hospitari patiebantur. Hoc igitur ob cæli conditionem: regio recusat. Et buxum uero & tiliam uix summo conatu recipit. Nam his & cultores ortorum uehementer laborant. Alia uero tum in arborum genere: tum in stirpe humili: peculiaria gignit. Et omnino plaga ad exortum: atque merediem spectās: ut aīalia: ita ēt plātas: p̄ter cætera loca peculiares ferre uidet: ut media p̄uicia: & p̄sis tā alia plura q̄ malū q̄ medicā: & p̄sicā uocāt. Hēt hæc arbor

UVA. BHSC. IyR_056

folium ſimile: & pene æquale atq; potulaca. Aculeos quales pyrus: aut ſpina acuta: ſed leues: acutoſq; uehementer: & ualidos. Pomuz eius non mandit: ſed odore præcellit: nec non & foliuz arboris: odoratiſſimuz eſt. Et ſi inter ueſtes pomum ponatur: inoffenſa conſeruat. Vtile & cũ medicinã mortiferaz quis biberit: uel ad oris ſuauem olentiã. Quippe ſiquis interna pomi in iure: aut aliquo hũore concocta in os expreſſerit: digeſſeritq; ſuauẽ halituz reddet. Semen detractuz uere meris ſeritur diligentiſſime cultis. Rigatur deinde quarto: aut quinto die. Cum aũt maiuſcula fuerit: trãſfertur uere iteruz ad molle riguũq; ſolum nec ualde tenue. Tale eniz deſyderat. Fert poma omnibus horis: aliis decidentibus: aliis ſubnaſcentibus: aliis matureſcentibus. Floribus his tantnz fructus enaſcitur: qui: ut diximus: uelut colum quandã extantem: in ſuo medio gerunt. Qui enim ea careãt infecundi labuntur. Seritur ẽt fictilibus in uaſis perforatis: quẽadmodũ palma. Hæc itaq; ut dictum eſt: perſidi mediæq; familiaris habetur. Indica autem regio: arborem ficum uocatã ſortitur: quæ e ramis radices dimittit ſingulis annis: ut primo uolumine retulimus. Dimittit aũt nõ ex nouellis: ſed ex anniculis atq; ẽt uetuſtioribus ille ſe terræ coniugentes: ceu ſpem circum arborem faciunt: ita ut ueluti tabernaculum condatur. Qua ẽt morari homines ſolent Radices aũt naſcentes euidentiſſime a ramis deſcernũtur. Sũt eniz albicres hirtæ tortuoſæq; binaq; fronde foliatæ. Item arbos comã ſupernã laſciuam gerit: totaq; fornicato ambitu: pulchre orbiculatur: & magnitudine uehemẽter excellit. Quippe umbrã bino ſtadio facere fertur & craſſitudine caudicis p'eraſq; ultra quã ſexaginta graduũ orbem colligere. Magna uero ex parte q̃ draginta. Folium pelta non minus habet: fructum admõz paruũ: magnitudine ciceris: ficui ſimilem. Quãobrem: græci ficum eam arborem appellabant: parte paꝛe mirũ in modum fructificat non tantũ pro magnitudinis deſiderio: uerum ẽt omnibus rebus: naſcitur arbos hæc circa aceſinam amnẽ. Eſt & alia arbor & magnitudine inſignis: & ſuauitate fructus: amplitudine que mirũ in modũ præcellens. Hoc ſapientes indoꝛ: qui nudi degũt: cibo utuntur. Alia cui folium ſpecie prælũgum: ſimile pennis ſtruthoruz: quæ ſuper galeis imponũtur: longitudine duoꝛ cubitoruz. Ala cui fructus longus: nec rectus: ſed contortus: cibo dulcis: ſed morſu inaluo: difficultateſq; facit inteſtinoruz. Obid alexander: nec quis manderet: interdixit. Alia cui fructus ſimilis cornis. Sunt & alia plura his diuerſa: quæ græcia gignit: ſed nomine carent: nec mirum quicquã exeoruz proprietate putandum. Nam ut quidam referunt: nulla omnino arbor: nullus frutex: nulla herba ſimilis his comperitur quæ græcie proueniunt: paucis exceptis. Hebenus quoq; eius regionis uernacula eſt. Huius duo genera conſtant. Alterum materiæ laudatum: pulchrumq;. Alterum uile: uiciatumq;. Raruz quod præſtantius. Reliquũ permultũ habetur: colorem comẽdatum: non recondita: ſed ſtatim ſua natura capeſcit. Fructicoſa eſt cytiſi modo. Ferunt: & terebithuz

haberi:

UVA. BHSC. IyR_056

haberi: ut alii ſimilem terebinto: cui folia: & rami, & reliqua omnia tere binto ſimilia. Fructus autem diuerſus. Similis enim amygdalis. Nam & in bactris terebintum hanc eſſe: ferreque nuces amygdalarum magnitudine. Quoniam non magnas: ſed uiſu ſimiles: & ſuauitate amygdalis præſtantiores. Et ideo loci illius homines his potius uti. Plantæ autem ex quibus ueſtes conficiunt: folium moro ſimilem habẽt. Corpore autem toto: roſis caninis proxime cernuntur. Seruntur ordinatim. Qua propter e longinquo aſpicienti uites apparent. Palmas quoque non nullæ partes pleraſque habent. Hæc in arborum genere. Fert & ſemina propria. Alia legu minibus ſimilia. Alia tritico. Alia ordeo. Cicer enim & lens: & reliqua noſtræ regionis: ibi haud quaquam habentur. Sed alia quædam naſcuntur: quibus edulia proxima conficiuntur. Nec diſcerni querunt: ut ferunt: niſi quis audiuerit. Eſt & ordeum: & triticum: & genus quoddam aliud ordei ſilueſtris: quo & panem ſuauem conficiunt. Atq; alicam bonam. Id græcorum equi: cum principio manderent: interibant. Deinde paulatim: cum paleis aſſueti: nihil penitus ledebantur. Serũt potiſſimo quod ori tam uocant. Id ſemini nuncupato ſimile eſt. Piſtumq; tanquam alica redditur: cõ coctu perfacile. Aſpectu locis ſimile. Stat magnaq; parte temporis in aqua Effundit non ſpicam: ſed ueluti iubam modo milii: atq; panici. Eſt enim aliud quod græci lentem uocabant. Hoc uiſu fœno græco ſimile eſt. Metitur circa uergiliarum occaſum. Intereſt etiam terræ ipſius ratione: quod q̃dam omnia ferat: quædam non ferat. Quippe montuoſa & uitem & oleam: & nucum: pomorumq; uniuerſum poſſidet genus. Verum oleam ſterilem: & natura pene inter oleaſtrum: atq; oleam. Item ſpecie tota. diſtat. Et folium latius. Hoc anguſtius illo. Hæc in india. In regione autem Aria dicta: ſpina eſt: ex qua lacrima gignitur: illiriæ ſimilis: tamuiſu: quam olfatu. Hæc ubi ſol illuxerit: defluit. Quin & alia multa præter hæc noſtratia: tum agris: tum amnibus prouemũt. Aliis locis ſpina candida naſcitur ramis ternis: ex qua regulas: atq; baculos faciunt: ſuccoſa humeris lactei: fungoſaq; eſt. Herculaceam hanc appellant. Eſt ẽt aliud ſurpis humilis magnitudine: quam figura. Id qui comederit: protinus moritur. Quocirca ubi equi adeſſent: nunquam eos a manibus laxabant. Codroſiæ prouintiæ naſci quiddã folio laurino referuut: cuius quantulumcunq; iumenta comediſſent: mox interibant. Similiter affecta diſtentaq; atq; illi: q morbo miciali uexantur. Aliam autem eſſe ſpinam: folio nullo: radice ſingulari aculeum acutiſſimum quoque in nodo gerentem. Quo fracto: aut attrito: ſuccum lacteum multum effluere. Qui cæteris omnibus animalibus celeritatem infert. Homines autem. Quibuſdam item locis herbam quandam exire ſub qua ſerpentes minutos admodum: connatos manere quorum ictu moriendum protinus eſſe cum herbam quiſquam aggreſſus fuerit. Quin & a palmis ĩcoctis ſtrãgulari: q comederit. Idq; poſtea perſpectũ.

UVA. BHSC. IyR_056

Sed huiuſmodi uires: tam animalium: quã plantarum: uel apud alios forſi tam comperiri poſſint: Inter plantas aũt omniũ maxime ſuperfluũt. plurimuq; reliquis diſtant: quæ in arabia. Syria: indiaq; odoratæ naſcuntur: Vt thus: myrrha: caſſia: laſer: cinamomũ quot quot alia huiuſmodi: de quibus alio uolumine plene retulimus. Ergo plagis adexortum: meridiẽq; uergentibus: & hæc ipſa peculiaria: & alia his plura: proueniunt: At uero ſeptemtrionem uerſus non ita eſt. Nihil enim affatu dignum narratur: præter cõmunes has arbores: quæ & loca frigida amant: & apud nos quoq; reperiunt. Vt pinus: robor: abies: buxus: caſtanea: tilia: reliquæ ſimiles. Nihil enim præter hæc aliud habetur. Sed potius exhumilibus quædã loca algentia querut: ut febrifuga apſinthium. Item quæ radice: ſucco uemedentur: ut uetratrũ agitatorium. Scãmonia: cuncta fere quoꝝ radix expetitur. Quædam enim in ponto: ac thracia gignuntur. Quædã circa ortum: parnaſium: pelium: oſſam: heletrium. Multaẽt in arcadia: & agro laconico exeunt. Nam ea quoq; regio medicaminibus ſcatet. At odoratoꝝ nihil in his penitus: conſecraticæ excepta. quæ in illiride: & circa adriam prouenit: & laudata quidem cæteriſque longæ præſtantior. Verum in feruidis meridianiſq; locis uelut ex oppoſito copia odoratoꝝ habetur. Cupreſſum quoq; loca feruida magis habẽt: ut creta. lycia. Rhodus. At exhis quæ manſueſcere poſſunt: laurus Myrtum quæ minime inſrigidis durare affirmant. Minuſq; myrtũ. Argumentoq; capiunt quod in olympo laurus multa. Myrtus nulla omnino in ponto aũt toto neutra eſt. Quãquã ſũmo ſtudio: omniq; ſolertia ſerere conantur: ad uſus religionis. Fici tamẽ multæ magneq; & punicæ amplæ opacitatis habentur. Quin & pyri: & mali per multæ ac uarii generis: maiorem immodum bonæque frugis & uernæ præterquam ſi quæ ſerotinæ. Ex ſilueſtribus uero robur: ulmus: malus: & ſimiles. Sed pinaſtrum abies: atque picea deſunt: & omnino quæ tedam in feſegerunt. Hæc circa pontum: aut certe locis quidem eius quibuſdam haberi nouimus deſunt: & omnino. In propontide uero: & myrtus: & laurus montibus: multis in locis prouenit: Sedfortaſſe ſtẽt: quæ locoꝝ propria poni debeant. Quippe cũ ſingula utire tulimus diuerſa ſecundũ materiem habeant: non ſolum quod eandem meliorem: doteriorem ue poſſideant. Veꝝẽt quod ferant nec ne: ut thimolus: olympuſq; myſius nucem & caſtaneam plurimã ferũt. Item uitẽ. Malum punicam. At ida quibuſdã eaꝝ caret. Quibuſdam per raras habet. Et circa macedoniã: & olympum pierium. Quædam eaꝝ comperiuntur. Quædã minime in euboa uero & circa: Magneſiam euboicæ quidẽ multæ habẽtur e reliquis aũt nulla: nec circa pelium: nec in reliquis montibus tractus iſtius. Quin & ad naualem materiem locus ibidem exiguus eſt: & omnino in uniuerſo terraruꝫ orbæ. Quippe cum europæ: macedonia: & thracia: & italia tantum habere uidentur. Aſiæ uero: Cilicia: ſinope: amiſus: Adhæc olimpus: & ida. Verum non multam cedrum enim ſiria gignit eaq; ad trire

UVA. BHSC. IyR_056

mes utuntur. Et ea uero quæ aquas adamant: ac ſecus fluuios degunt: pari modo intelliguntur. Platanum enim eſſe in adria negant: præterquam circa diomedis delubrum. Inq; uniuerſa italia raram eſſe affirmãt. Quãquam multi: magniq; fluuii utrobiq; diluant. Sed locus plane recuſare uidetur. Dyonyſius tyramnus maior ambicioſius contendens in regio ſeruit in ortis; quæ nunc in gymnaſo ſtant: nullam magnitudinem capere poſſunt. Contra alia loca platanum habent plurimã. Alia ulmo: & ſalice ſcatent. Alia tamarice: ut nemus. Hæc igitur quemadmodum diximus: loco rum propria poni debent: pariter in ſilueſtribus atq; urbanis. Cæteꝝ in qbuſdã fieri forſitan poteſt: ut ager: cultu diligentiſſimo adhibito: fere que at: quod uel nunc: & animalium: & plantaꝝ qbuſdaꝫ euenire uidemus. Sũmã uõ diſtaꝫ nãꝫ arboꝝ & ad ſũmã plãtaꝝ exiſtimãdũ: ut iter prima retulimus. Quod alia terrena. Alia aq̃tilia: ex plãtis q̃ꝫ: ut ex aĩalib⁹ cõſtant. Et. n. nõ ſolũ in paludib⁹: lacub⁹: fluuiiſq; ueꝝ ẽt in mari materiæ q̃dã proueniunt humiles: & in extero etiã arbores. Quippe ĩ hoc noſtro exigua omnia naſcuntur. Et nihil fere ſuper mare emicat. At in illo & hæc eadem excedunt: & alia de arboribus maiora longe aſſurgunt. Noſtri itaq; tractus eui dentiſſima: communiſſimaq; algaꝝ genera ſunt: ignotiora uero & maxime propria ratione locorum. Abies: ficus: quercus: uitis: palma. Horuꝫ alia iuxta terram. Alia pelagica. Alia ambobus locis communia. Et quædam multigena: ut alga: Quædam unicum genus ſortita. Nam algæ: quedda genus folio lato. Colore herbido eſt: quod porrum quidam appellant: alii cingulum. Radice hirta. Extrinſecus ſquamata intrinſecus longa: admodum: craſſaq; plene cepigetiis non abſimili. Aliud folio crinito: terræ ipſi adherens: ſæpeq; a mari tm̃ alluitur. Alterum altius degit. Naſcitur quidẽ in mari extero: circa Herculis columnas: mira magnitudine: latitudineq; ut ferunt: amplius quã ut manu appræhendi poſſit. Fertur hoc ad mare internum fluxu extrinſecus: porꝝq; id appellant annuum eſſe aiunt: & naſci uere deſinente. Vigere æſtate. Minui aut ũno. Interire: aq; decidere hyeme. Quin & reliqua omnia naſcentia deteriora: obſcurioraq; hyeme fieri. Hæc itaq; ceu terrena circa mare depræhenduntᵉ. Alga uero proueniens in alteq̃ ſpongiarii pelagicam deferunt: in creta inſula iuxta terrã: ſup ſaxa: plurima optimaq; puenit. Qua nõ ſolũ uittas: ſꝫ ẽt lanas: ueſteſq; ĩficiunt. Et q̃diu recens infectio ſit: color longe purpuram præſtat. Gignitur parte aquilonia: tũ copioſius: tũ melius: ut ẽt ſpõgiæ: reliq̃q; ſimilia ſtᵉ alia graminib⁹ ꝓxima: quippe folio ſimili: & radice geniculata: longa: obliq; adherente: modo graminis: & caule calamaceo: ut gramẽ. Magnitudine alga multo minora. Eſt aliud bryum dictum: folio coloris herbidi amplo: nec lactucis diſſimile: rugoſiori tamen: & ueluti contracto. Caret caule. Sed ab uno initio plura folia huiuſmodi exeunt. Et rurſus ab alio. Naſcitur ſuper lapides: fictiliaque iuxta terram: & minora quidem. Hæc ferme traduntur.

UVA. BHSC. IyR_056

Quercus autem: & abies terræne quidem ambæ ſpectantur. Naſcuntur uero ſuper lapides: atque ſictilia. Carent radicib. Sed modo patellæ adhe rent. Folium ambabus uelut carnoſum: oblongius: craſſiuſq; & abieti craſſius frequens: nec leguminum ſiliquis abſimile. Concauum intus: nec quic quã intra ſe continens: quercui tenue: ac potius tamaricis. Color ambobus accedens ad purpuram: forma tota abietis erecta. Quercus flexuoſior: atq; inlatudinem magis ampliata. Ambæ uel multicaules fiunt. Sed ſimplicior abies. Rami abieti: longi: recti: ſolutique. Quercui breuiores: contortiores ſpiſſioreſque. Magnitudo tota ambabus cubitalis; parum ue altior. Veruꝫ maior: ut ſimpliciter dicam: abieti. Quercus uel ad lanas inficiendas utilis mulieribus. Ramis adnexa pendent pleraque animalium teſtigeroruꝫ ſub ter alia quædam cauli ipſi adherent. Ad quædam tota obeſæ ingrediuntur millipedæ: & aliæ quædam generis eiuſdem beſtiolæ. Quodq; polypi ſpeci em gerit. Hæc itaq; terrena contemplatuq; conſtant facilia. Quidam aũt uel alteram quercum naſcentem in alto referunt: quæ etiã fructum fert & glãs eius commoda eſt. Quin & alias magnitudine inſignes quaſdam compertas homines nantes: ſeq; ſumergentes refere traditur: Vitis utroq; naſcitur loco Nam & terræ proxima & pelagica eſt. Ficus folio caret. nec magnitudine præſtat. Calor cortici puniceus: palma pelagica eſt: caudice admodum bre ui. Virgii rectis fere: quæ ſubtus exeunt: nec in ambitu: ſicut rami uirgaruꝫ ſed uelut inlatitudinem ſingilatim continuatæ: nonnunq; etiam inter ſe diffe rentes. Virgaruꝫ aũt ſeu ſurculoruꝫ ipſoruꝫ ſimilis natura: quodãmodo eſt foliis ſpinarum acanticarum ut ſoncis atque ſimilibus. Hic tamẽ erecti nec quemadmodum illa circumflexi: & foliis a mari coroſi. Nam eo quod medi us cauli tranſmeat per totum reliquum quoque aſpectus proxin um eſt. Color his: & caulibus atque uniuerſæ plantæ ruber intenſe: atque puniceus & ea quidem hoc in mari proueniunt tot eſſe uidentur. Spongia nan que & quæ plyſiæ uocantur: & quicquid eiuſmodi naturaꝫ alteram plane ſortiuntur. In extero autẽ circa gaditaneum fretum porruꝫ: utretulimus naſcit & ea quæ in lapidem traſfigurantur: ut thymuꝫ & quæ lauriformia ſunt & reliqua. Mari autẽ rubro uocato in arabia paulo a copo ſuperius arbos nul la in terra prouenit: præter ſpinaꝫ: quæ diuocatur & hæc rara: propter feruo res: & quæ penuriã. Quippe non niſi quarto: quintoq; anno pluit: & tunc impetuoſæ & breui tempore. At in mari nimirum exeunt: eaſque laurum & oleam appellant: laurus arie ſimilis extoto eſt: olea ſolio tantum: fructũ olea proximum his noſtris oliuis parit: & lachrymam emittit: exqua medi ci ſiſtendo ſanguini medicamentum componunt. Quod fieri laudatiſſimũ ſolet. Cum aũt aquæ plures inceſſerint fungi iuxta mare: quedam in loco erum pũt quĩ ſole tacti in lapidem commutantur. Mare hoc belluis refertũ plurimaſque caniculas habet: in tantum ut nare tum non ſit. In ſinu autẽ hero cognominato: ad quem deſcendunt ægyptii: laurus eſt: & olea: & thy

UVA. BHSC. IyR_056

mum. Verum non uiridia: ſed lapidis ſpecie parte a mari eminente: ſimilia tamen uiridibus: tam foliis quam germinibus. Colos quoque floris in tylo: tanquam nondum perfecte floruerit: liquido deprehenditur. Longitudo arbuſcularum cubitorum ternorum eſt. Qui uero ex india miſſi ab alexandro nauigarunt plātas marinas: quoad in aqua ſint: colore algæ minutæ habere: cum uero exemptæ, ad ſolem ponuntur: mox tali ſimiles fieri narrauerunt. Iuncos quoque lapideos apud mare id prouenire: quos nemo uiſu a ueris potuit diſcernere. Eo mirabilius referunt naſci arbuſculas quaſdam: colore cornu bubuli: ramis aſperas & cacuminibus rubētes: q̄s: cum compreſſius tractantur: frangi: & igni iectas: ut ferrum: exardeſcere. Reſtinctas tamen tranquiliari eundem colorem ſeruare. Inſulis autem quas operit æſtus: arbores naſci ingentes magnitudine platanorum: populorumque altiſſimarum: & contingere: ut cum æſtus inuaſit: reliquæ omnes tote integantur. Maximarum uero cacumina extent: ad quæ naues religentur. Cumque æſtus receſſerit: ad radices æquo modo annecti poſſunt. Folia arboribus laureia dicunt. Florem uiolæ: & colore: & odore. Fructus magnitudine oliuæ & hunc odoris admodum boni. Folia nunquam decidere. Florem & fructum primo autumno naſci: uere defluere. Alias quoq; uiſas in eodem mari ſemper folia retinentes: & fructum lupino ſimilem ferentes retulerāt. Circa perſidē carmaniæ conterminā: qua maris æſtus fieri ſolet: arbores magnæ ſimiles potulacæ: tam forma: quaꝫ foliis: ſpectantur fructu n plurimum ferentes: amygdalis ſimilem extrinſecus. Interna uero ſingulis quaſi connexa inuolutantur. Subroduntur iſtæ arbores omnes a mari parte media. Stantque radicibus polyporum modo. Cuꝫ enim æſtus receſſerit: omnia inſpici poſſunt. A qua uero nulla omnino ea in loco eſt. Riui namque aliqui relinquuntur: quibus nauigant: qui & ipſi maris particulæ ſunt. Quamobrem conſtare quidam exiſtimant: quod ipſo mari alū tur: non aqua præterquam ſi quid & terra ſtirpibus attrahant. Quod tamē & ipſum falſum eſſe haud dubie intelligi poteſt: quippe cum ne in profundum quidem radices deſcendant. Intotum genus idem mari: atq; terra naſcentium eſſe uolunt. Et marina quidem puſilla: & ficus ſpecie proueni re. Terrena uero magna: atq; uiridia: floreq; odorato: & fructu: mō lupini In tylo autem inſula: quæ in ſinu arabico eſt: parte ad orientem ſpectāte tā tam arboꝝ multitudinem eſſe affirmant: ubi æſtus receſſerit: ut locus frequentiſſimo ualo munitus relinquatur. Atque his omnibus magnitudo: q̄ ficō: flos odore excellens: fructus iguſtabilis: & uiſu lupino ſimilis. Lanigeras q̄ꝫ arbores multas eandem inſulam ferre proditum eſt. Has folia uitigena gerere: ueꝝ minora: fructum nullum. Id in quo lana continentur magnitudine cerni: uernum naſcens compreſſum. Cum tempeſtiuæ maturitatis ſit: aperiri: & lanam excipi: qua telas texunt: alias uiles: alias præcioſas. Hoc idem & india: ſicut dictum eſt: & in arabia fieri aſſeuerant.

UVA. BHSC. IyR_056

Esse etiam alias arbores flore uiolæ matronalis affirmant. Verum sine odore magnitudine: uel quatruplo uiola maiore. Est alia quædam arbor foliosa rosæ mō: floriq; rosei. Hunc noctu comprimi solis exortu aperiri. Meridie implenum expandi. Vesperi iterum colligi paulatim: noctuque concludi incolæ eum dormire tunc dicere assolent. Quin palmas: & uites: & genera nucum pomorumque: & ficos quibus folia nunquā decidunt nasci eadem insula affirmant. A quam celestem fieri quidem: sed non ad fructus usui eē. Sed fontes in insula esse per multos: quibus omnia rigentur: & eam aquam frumentis arboribusque magis prodesse. Qua de causa: post pluuiam protinus hanc perfundunt: quasi illam abluere: atq; abstergere uelint. Et arbores quidem marī exteri quæ hactanus exploratæ habentur: tot fere esse constat. De his autem quæ in amnibus paludibus stagnisque proueniunt deinceps dicendum est. Quæ locis huiusmodi degant: tribus generibus consumari omnino uidentur. Suut enim alia arbores: alia ueluti herbacea: alia fruteticia. Harundinem. Candiolum: sleum: iuncum. Butomum quæ omnibus fere fluuiis locisque eiusmodi communia sunt: nonnunquā & rubi & paliuri: & arbores: ut salix: populus: platanus. Quædā usque adeo ut aqua occultentur. Quædam ut parum excedant. Quorundam radices: & caudicis aliquid tantum in aqua: reliquum totum corpus extra patescit. Hoc enim salici: alno: platano. Tiliæ: denique omnibus aquarum auidis euenit. Quæ & ipse omnibus fere pluuiis communes certe intelliguntur. Nam & in Nilo platanus prouenit: non tamen multa: atque etiā populus est rarior. At fraxinus: & quæ bubula fraxinus cognominantur plurima est. Quæ itaque in ægypto nascuntur: in totum quidem numerosiora utique sūt: quod ut mē bratim enumerari queāt. Cæterum ut simplici ac absoluta ratione agamus Omnia cibo idonea: succosque dulces habentia precipiuntur. Sed præstare dulcedine copia quæ alimonia: tria illa uidentur. Papyrus: & quod uocatur sari & tertium quod mnasium appellant. Nascitur papyrus non in altitudine gurgitum: sed prope intra duo cubita: nonnunquam etiam minus crassitudine radicis: qua uola uiri robusti: longitudine super dena cubita preuenit: super terram ipsam: radicis obliquas tenues densasque in limum dimittens sursum quos papyros dixere profert: triquetro angulato magnitudine quaternorum ferme cubitorum. Coma inutili: exilique fastigiatos fructus nullius fecundos. Hosque exmultis partibus mittit. Radicibns pro ligno utuntur: non tantum ignis gratia: sed ad uasa quoque plurifariam facienda. Quippe materiam amplam probamque præbēt. Papyrus ipse ad plurima utilis. & enim ex eo nauigia faciunt: & e libro uela: tegetesque texunt: & uestem quandam: atque stragula: ac funes aliaque plura. Et quidem externis hominibus chartæ euident sllimæ habentur. Sed sunt magis frequentissimamque opem & in re cibaria præstat. Omnes enim incolæ & crudum & elixum & assum manducant: & succum deuorant. Manducamentum autem expu

UVA. BHSC. IyR_056

unt. Talis papyrus est. Talesque usus præbet. Nascitur & in syria circa lacum quo & clamus odoratus. Vnde & antigonus in re nauali funes fecisse proditur. Sari in aqua prouenit: circa paludes planaque ubi amnis recesserit. Habet radicem preduram flexuosamque: ex qua: quæ saria uocant exeunt. His longitudo duum cubitorum. Crassitudo pollicalis. Triangulum id quoque papyri modo: & comam similem gerit. Qui manducant eius quoque manducamentum expuunt. Radice fabri ferarii utuntur. Carbonem enim optimum facit: propter ligni duriciam. Mnasium herbaceis annumerandum: itaque usum nullum exibet: præter quam in re cibaria. Dulcedine quidem præstare tradita hæc sunt. Nascit et aliud in paludibus stagnisque: quod terram minime attingit. Natura liliis simile. Sed foliosius: & folia inter se quasi uno conolita uersu color uiridis admodum usus eius medicis ad mulierum profluuia. Faba in paludibus stagnisque exit. Caulis eius: qui longissimus: quaterna cubita perficit. Crassitudo digitalis est: similis calamo molli non geniculato. Ramas intrinsecus habet tendentes per totum lilii modo. Caput super hunc fauo orbiculato uesparum non absimile. Inque in singulis cellis singulæ fabæ continentur: paululo super id eminentes multitudine plurimum terrenæ. Flos duplex quam papaueris. Color roseus in plenum caput. Super aquam folia ad singulas fabas amplexa exeunt. Fabam quamque conterenti amarum illud ex quo pillula fit inflexum patescit. Fructus ita se habet. Radix crassissima: harundine plenior. Rimas similiter atque caulis habens. Manditur & cruda: & elixe. & assa. Eoque cibo: qui incolunt paludes utuntur. Nascitur itaque sponte uel plurima. Cæterum & seritur in limo: paleis large admixtis: ut descendat incorruptaque maneat. Sicque fabeta faciunt. Sin autem semel apprehenderit: perpetuo manet. Radix enim ualida est: nec procul harundinum stirpibus: uerum spinis subhorrens. Quamobrem crocodilus eam refugit: ne occurens oculo offendatur: quoniam acute non uidet. Nascitur hæc etiam in Syria: ciliciaque. Sed tractus ipsi non plene concipiunt. Et circa toranam agri calcidici quodam in lacu exit: magnitudine medeocri: ubi & percoquitur: & perficitur: & in plenum fructificat. Qui lotus uocitatur: planis parte maxima prouenit: cum rura inundatur. Huic natura caulis similis fabæ: & fructus eodem modo Verum minores: graciliores que. Nascitur fructus in capite: Modo quo in faba. Flos candidus: liliis folierum angustia proximus. Multi ac densi promiscui exeunt. Sole occidēte se cōprimūt. Caputq; itegūt. ad ortū aperiunt & sup aquā assurgūt. Idq; facit dū caput pficiat: floresq; defluāt capitis magnitudo q̄ta papaueris maxmi & pcigitur incisuris: nō alio mō q̄ papauer. Nisiqd in his fructus frequentior habetur: qui milio non absimilis est. In euphrate: caput floresque mergi referunt. Atque descendere usque in medias nectes. Tantumque abire in altum. Vt ne demissa quidem manu: capere sit. Dilucu

UVA. BHSC. IyR_056

lo deinde redire. Et ad diem: magisque erigi. Sole oriente: iam extra undas emergere. Foremque patefacere. Quo patefacto amplius insurgere: ut plane ab aqua absit alte. Aegypti capita ipsa aceruis putrefaciunt. Cuius que tegumenta putruerint: in flumimine lauando seperant fructum: & hic cantes pinsentesque panem faciunt: eoque cibo utntur. Radix loti corsium appellata: rotunda est. Contonei mali amplitudine. Cortice nigro quali nux castanea tegitur. Corpus internum candidum. Elixum. Allumque inspeciem albuminis uertitur: gratum cibis. Manditur etiam cruduz. Sed gratius decoctum: seu aqua: seu pruna. Quæ non nisi in aquis comperiri queant. tot fere explorata habentur. Locis autem harenosis haud procul a fluuio nascitur terrenum quod. Mali nathallam appellant. Figura rotundum: magnitudine. Mespili: sine nucleo: sine cortice: folia: ut glandiolus mittit. Hæc incolæ legentes in brito ordeaceo decoquunt dulcia admoduz efficiuntur: Hisque pro bellariis utuntur. Omnia nascentia inibi bobus: pecorique cibo idonea sunt. Sed inter omnia genus quoddam præstantius stagnis: paludibusque excritur: quod & uiride pascit: & siccatum bobus hyeme præbetur. Est etiam aliud frumentis sponte internascens: quod cuz sincerum a frumento secreuerint: leuiter pinsentes: hyeme sole hyemente: serunt: editum metunt: & siccant: atque ita bobus: equis iumentisque. Id quoque cum fructu subnascente pabulo præbent: fructus: magnitudine. Sesamæ. Rotundus. Colore uiridis: bonæ frugis maiorem in modum. Hæc fere superuacua in ægypto notari possunt. Fluuiorum singuli priuatim aliquid fere uidentur: ut & loca terrena. Hæc enim tribulus in omnibus: nec ubique erumpit. Sed palustribus fluminum tantum altitudine cum profundissima: quinorum cubitorum: ut paulo prescendere: ut in strymone fluuio tanta pene: & harundo: & reliqua prodeunt: nihil eius excedit: præterquam ipsa folia inflexa quodammodo & occultantia tribulum Tribulus ipse mersus in aquam: pronus ad imum uergit. Folio amplo ad effigiem ulmei. Pediculo admodum longo. Caule parte summa quidem crassiori: Vnde folia: Fructusque dependent inferna autem graciliori cõtinue usque ad radicem: Capilamenta quædam indidem exerta: gerente. Quæ maxima ex parte aduersa inter se congruunt. Nonnulla etiaz discrepant subtus ab radice ampla exeunt: Superiora assidue ad minus minusque procedunt: Vt postrema omnino exigua sint: & differentia magna ab radice ad caulem exultet: Pleraque lateralia germina insurgant: Quippe terna quaternaque: Quorum maximum assidue quod ab radice propius absit: Tum quod post id sequitur: Et reliqua deincepspro ratione: Germen ipsum quod latere promitur: Velut cauli alter est: Primo quidem gracilior: Sed folio: Fructu que similis: Fructus niger: durusque uehementer. Radicem quantam. Nam: qualemq; habe-

UVA. BHSC. IyR_056

lemque habeat querendum. Talis natura tribuli eſt. Naſcitur ſemine decidente. Germenque in uere ſuum emittit. Radicem alii annuam. Alii diuturniorem affirmant. Et caulem ex ea oriri. Hoc igitur quærendum proprium: præterea: Quæ reliquis inſunt. Capillamenta illa cauli ad naſcentia intelligũtur. Hæc enim nec folia. Nec caules eſſe uidentur. Nam lateralis quidem ipſa germinatio communis harundine. Aliiſque habetur. Propria itaque priuate. Communia publice contemplari congruum eſt. Quin & ſecundum loca diuidendũ. Vt ſi alia paluſtria. Alia lacuſtria. Alia fluuialia potius ſint. Aut etiam omnium locorum communia: Et q̃ nã in hũido ac ſicco: eadẽ naſcãt: & q̃ i hũido tm̃: utq; ſimpliciter agã. Ad ea q̃ uolumine primo expoſuimus cõmuniſſime de gerẽdũ eſt. Lacu itaque orchomenio arbores materiæque. Humiles ille proueniunt. Salix. Oleagnusque. Oleæ amerinæque ſpeciem profert. Sida. Harundo. Tibialis. & reliqua. Gladiolus. Fleum. Tifa. Ad hæc menſiflora. Iema. & quod ipnum appellant. Quod enim lemna uocatur. Altius mergitur in aqua. Horum reliqua quidem explorata habentur. De oleagno. Sida. Menſiflora. Iema: ipnoque. Quæ aliis quoque locis forſitan proueniunt. Aliis appellata nominibus. Referre debemus. Eſt oleagnus natura fruticoſa: Nec cæteris amerinis ab ſimilis. Folio: Figura quidem proximo cæteris. Sed molli: ut malus. Lanuginoſoque flore populi albæ. Verum minori. Fructu nullo. Naſcitur plurima ſuper inſulas fluitantes. Sunt enim & in eo quædam fluitantes. Vt in ægypto circa paludes. Et in Teſprotide. Aliiſque ſtagnis. Sed ille minus aqua implentur. Talis eſt oleagnus. Sida ſpecie papaueri ſimilis eſt. Tale & enim caput gerit: Niſi quod amplius ad porcionem magnitudine mali tota amplitudo: Nec nudum. Sed candidis membranis: intectum. Hiſque forinſecus folia herbeſcentia proxima roſis adhuc in calyce contentis. Quaterna ſe applicant: Apertum grana rubra oſtendit. Figura non modo papaueris. Sed orbiculata. Exigua. Nec multo milio maiora. Saporem dilutum quendam: Vt triticum reddit. Craſſatur æſtate. Pediculo paruo annectitur. Flos calyci roſæ ſimilis. Sed maior: Et fere duplex magnitudine. Hunc itaque & folium ſuper undas emicare affirmant. Mox cum defloruerit. Fructuſque compilatus ſit. Magis in aquam declinari. Demum terram attingere. Fructumque fundere. Fructificare autem in lacutria. Hoc: & butomum. Et fleum: Proditum eſt. Fructum butomi nigrum dicunt. Magnitudine Sidæ proximum. Flei anthellam uocatam. Quo ad lixiuium utuntur: Id placentaceum quoddam eſt. Molle: rubidum. Et flei uero. Et butomi fœmina ſterilis eſt ad nexus utilis. Mas inutilis. Decima: & menſiflora. Et ipno: quærendum. Peculiare inter hæc maximae tifa eſt: Partim quia folio caret: partim quia

UVA. BHSC. IyR_056

non ut reliqua: radice numerosa adheret. Nam illa deorsum uersus non minus turgent: uiresque intendunt potissimo gladiolus sicut etiam gramen. Qua de causa difficile hæc interimunt: & omnino genus eiusmodi uniuersum diuturnius est. Radix gladioli plurimū inequalitate a cæteris distat. Quod pars quædam crassa: carnosaque sit. Quædam gracilis: atque lignosa. Quin & germinatione generationeque refert. Nascitur enim de ramaceo illo radix altera tenuis: iuxta latus: deinde caro rursus in eo conglobatur: ex qua sese caulis promit in quo positum germen est: in profundum quoque radices eodem modo demittit. Quamobrem omnium maxime mori contumax euelique difficilis est. Proxime fere gramen e geniculis oritur. Radix enim geniculatæ: atq; singulis germen sursum. Radix subtus erumpit parimodo: & spinaque appellatur germinat. Verum huius radix non arundinosa: neque geniculata est. Hæc prolixius propter suam affirmitatē placuit explicari. Vtroque autem loco: ideſt: & terra & aqua: salix: harundo: excepta tibiali. Gladiolus. Tisa. Fleum. Butomum: exeunt. Sida in aqua tantum. De tifa ambigitur. Maiora autem melioraque semper inter utroq; loco nascētia: quæ in aqua exeunt esse affirmant: insulis quoque fluitantibus non nulla eorum prouenire: ut gladiolum: butomum: fleum: itaut partes easdē omnino seruent. Cibo idonea exnascentibus lacu: sida: & ipsa: & folia ouibus. Germen suibus: fructus hominibus: floci: tise: butomique pars tenera abradicibus proxima est: ut quam pueri paruuli potissimo mandunt. Radix solaflocci pecudibus pabulo est. Cum autem squalat uiget: nec humor: qui perlueret cacumina. incessit omnia squalent: quæ stagnis degunt. Sed præcipue harundo de qua utique indicandum restat. Nam de cæteris fere omnibus satis iam dictum est: Harundinis genera duo traduntur. Tibialem: & reliquam. Quippe unum genus reliquem deprehendi: sed interse inuicem firmitate crassitate tenuitate exilitateque. Crassam & ualidam uallatoriam uocant. Alteram autem texilem. Nasci texilem super insulas fluitātes. Vallatoriam incomithibus. Comythes uocant ubi aceruata harundo implexaq; mutuo radicum raptu sit. Quod fit locis stagnorum: ubi tellus pinguis: letaque est. Non nunquaz etiam ubi tibialis uallatoriam gignilongiorem quidem quam reliqua uallatoria: sed uermibus erodendam. Huius differentias eis tradunt. Tibialium quandam nono anno prouenire non nulli uolunt Hunc quoque ordinem generandi statuunt: quod error est. In totum enim aucto lacu enascitur. Sed quoniam id superiori tempore nono anno potissimum euenire uideretur: ortum quoque harundinis talem esse credidere. Euentum fortuitum pro ordine certo capiētes. Gignitur uero copiosio melioreque: cum post imbres frequentes: biennio: cum minimum: aqua permansit. Quod maxime posteriori tempore factum meminere. Cum faustum illud Cheroniæ accidit. Quippe ante hoc annis pluribus: Lacum altitudinem extendisse: Post ubi uehemens pestis inualit imple-

UVA. BHSC. IyR_056

cum quidem affirmant. Sed cum in undatio non permanſiſſet. Sed hyeme decreuiſſet: ſic & harundinem prouenisſe. Fertur enim uideturque aucta altitudine lacus: duranteque inundatione craſſari harundinem: & fieri craſſatamquidem armamentariam. Bombyciam uero cui non aqua permanſerit: generationem itaque talem tradidere. Diſtare autem a reliquis harundinibus armamentaria: ut in uniuerſum capiamus: praſtantia quadam nutricationis naturalis confirmant. Quippe plenioremque: carneſioremque in totumque facie fœminæ laſciuiorem ſpectari. Et enim folium amplius candidiuſque habere: & minus lanuginis quam cæteræ. Quaſdam etiam omnino nihil habere: quas & nomine ſpadonum appellant. Hinc paria optima fieri quidam affirmant. Sed pauca tamen in opere bene ſuccedere. Cedi tempeſtiue ſolitas: uſque ad antigenidem: cum adhuc ſimplicius tibia uterẽtur: ſubarcturos menſe ſeptembre. Quippe ſic ceſas: pleriſque quidem poſt annis utiles eſſe incipere: multaque iterum exercitatione ſenãdi indigere. Sed ora linguarum comprimi: quod erat illis theatrorum moribus utilius. Sed poſtquam uarietas: fictioque acceſſit: ceſura mutata eſt. Cedunt enim noſtra ætate: mẽſe maio: & iunio: quaſi paulo ante ſolſticiũ uel ſub ipſo ſolſticio: & fieri utiles in trimatu referunt: & breui exercitatione egere: linguaſque diſiectu deflecti. Quod his neceſſarium eſt: qui ſones fingant: & multifariam flectant. Hæc armamentariæ cedendæ tempora tradunt. Præparatio uero & confectio hunc in modum fieri ſolet. Cum collegerint hyeme ſub diuo exponunt: ſuis ueſtitam tunicis. Vere autem diſpoliatam: attrituque expurgatam: ſoli expandunt. æſtate poſt hac conciſam in internodiam: rurſum ſub diuo: ad tempus quoddam exponunt: relicto internodiis ſuperiori geniculo. His longitudo palmo nunquam minor. Optima ex internodiis ad parium conſtructum. Media totius harundinis molliſſima paria gerunt: quæ aduerſum germina exeunt: duriſſima: quæ proxima radici habentur. Linguas eodem internodio. exemptas congruere: cæteras eſſe diſcordes. Proximam ab radice leuam: poni dexteramque germina uerſus pateat: inciſo duas in partes internodio. Os linguæ utriuſque ſecundum calami inciſuram faciunt. Et ſi quo alio modo linguæ conficiantur: non ſatis eas congruere. Talis præparatio: atque cõfectio eſt. Naſcitur plurima inter cephiſum: & melanem. Pelecania locus hic nominatur. Huius quædam partes chytri uocari: lacus altitudines ſunt: quibus harundinem laudatiſſimam prouenire affirmant. Quin & quo probatia dicta defertur. Is autem amnis eſt ex lebadea perfluens. Sed omnium optima naſci creditur circa oxeam campam uocitatam. Locus hic cephiſi hoſtium eſt: uicinus ei campus pinguis & hilaris: quem hippiam uocant. Eſt etiam alius locus aquilonius oxæ campæ bocdrias nomine: quo etiam ipſo nobilẽ harũdinẽ naſci aſſeuerãt. In totũq; ubi craſſũ lætũ fecoſũq; ſolũ ſit cephiſuſq; ſe pmiſceat. atq; ẽt altitudo lacus ãpliet: harũdinem optimam

UVA. BHSC. IyR_056

oriri. Nam circa oxeam campam & bocdriam: hæc omnia comperiuntur. Quam aut cephisius uim magnam adfaciendaz harundinem laudabilez sortiatur: argumẽto capiunt: quod eo loco ad quem. Melas qui uocatur: influit: quamquã lacus profundus solumque crassum: atque fecosum est: tamen aut omnino nulla: aut uiciosa exurgit. Generationem harundinis tibialis: naturaz confectione: quibusque differentiis a reliquis distet: satis dixisse arbitramur. Genera non hæc solum: sed plura: harundinis etiã intelliguntur: quæ differentiis uel sensui manifestis discernuntur. Quædam. n. densa: tam carne: quam geniculis. Quædam rara paulisque geniculis. Et alia caua tota: quam fistulariam quidam appellant. Nihil enim fere ligni: carnis ue habet. Alia solida & tota pene intus repleta. Item alia breuis: alia procera excelsa crassaq; & alia gracilis foliosaq; alia paucis foliis oĩo: multæ quædam differentiæ pro natura usuque intelliguntur. Sĩgule nanque adsingula utiles. Nominibus alii aliis appellant: sed canna comunissima quedã modo est: quam & fruteticiam maxime omnium referunt. Et apud flumina: lacusque potissimo nasci plurimum: tamen in quoque genere distare interse se: aquaticas: & sicco nascentes perhibetur. Sagitaria quoque: quã creticam quidam appellant: sui generis est. Nodis paucis geniculata. Carnosi or omnibus: maximeque flexum recipiens: atque omnino obsequens: quo libeat flecti calefacta. Magnas & folia differentias reddunt: quem admoduz diximus non multitudine: magnitudineque tãtuz: sed etiã colore. Quippe quæ laconica cognominatur uersicolor est. Item positu ipso atque annexu. Quædam enim ab ima parte foliorum plurima ferunt ipse quæ per inde atq; e frutice se attollunt. Quidam uel discernendum pene lacustrium esse uolunt: scilicet multa habere folia & gladioli floci: algæ butomique foliis similia. Verum hoc amplius scrutari oportet. Genus autem quoddam harundinis uel terrenum emigrat: qd'nõ erigit caulem sed super terram spargitur graminis modo: atque ita se ampliat. Mascula solida est: fœmina inanis. Quippe ad hanc mare fœminaque distingunt. Proueniunt exeodem fundo plusculæ non tamen fructetant. Folio non longo: sed salici simile: magnitudine præstantes: atque robustæ: ut uicem hastarum præbeant: Hæ circa acesinam amnem oriuntur. Omnis aũt harundo uiuax est: atque adusta melius resurgit. Itemque stirpe crassa numerosaq; est: ob id mori peruicax. Radix ipsa geniculata: quemadmodum graminis. Verum non omnes simili mõ informantur: sed de harundinibus hactenus. Restat: ut de iunco dicamus: ut potegeneri eidem annumerando. Nam hic etiã inter aquatica poni debet: Tria huius genera sunt: ut nonnulli distingunt. Acutus & sterilis: quem marez appellant: frugifer: quem atriferum uocitamus: quoniam semen nigrum ferat: crassior hic atque carnosior. Tertius: magnitudine crassitate carnositateque insignis: qui mariscus uocatus est. Ex his atrifer per se suo genere prouenit. Acutus. Atque mariscus eodem cespite exe-

UVA. BHSC. IyR_056

unt. Quod absurdum apparet: uisuq; mirabile fuit: toto cespite iunci: deportato. Quippe pars maior steriles. Erant eodem exorti frugiferi pauci. Igitur de hoc cogitandum. Fructus omnino minor habetur. Commodior autem ad texendum mariscus: quia mollis: carnosusq; est. Omnino frugifer in callum de regulari surculo ipso tumescens: mox ueluti cuparit: circundantes enim spicatim pediculos iunco lineari affixos initio gerit. Quorum summitatibus paululo laterales orbes uasculorum leuiter hiscentes inducit. His semen exiguum effigie cuspidis sagittarum ingerit: nigrum: non absimile: semini herbæ inguinalis. Verum exilius. Radice lõga adheret. Multoq; crassiore: quam acutus. Hæc omnibus annis moritur. Deinde altera rursus a iunci cacumine defigitur. Quod uel uisu percipi facile potest. Quippe aliæ siccæ. Aliæ uirides demisse cernuntur. Caput cepis: & gethyis simile. Vt pote quod inunum ex pluribus conglobatum: prelatũque inferius; tegumentisq; subrubris: intectum constet. Ergo propriuz his radicibus eueniat. Si quidem per annos exaresçant: ac desuper denuo gerentur. Talis iuncorum natura intelligitur. Sin autem: & rubus: & paliurus in aquis uiuere possint: aut prope: Vt quibusdam in locis percipitur. Eorum quoq; differentiæ iam exploratæ habentur. Quippe cum de ambobus uolumine superiori dixerimus. Insulis autem fluitantibus: Quuæ incrchomeno sunt: Magnitudo utique multifaria. Sed quæ amplissima ad ternorum ambitum stadiorum spectatur. At in ægypto magnæ admodum coagmentantur: ut & sues permulti in eis nascantur: quos incollæ trã seuntes uenari consueuere. Atq; de aquaticis hactenus. De breuitate uitæ plantarum aquatilium in tantum usque fandum habemus uidelicet: quo ad aliquatenus in uniuersum possimus exprimere. Vita aquatilibus breuior quam terrestribus est. Sicut etiam in animalium genere manifesto sentimus. Sed singulatim terrestrium enarrare uitas: nimirum decet. Ergo siluestres nullam habere differentiam rustici putant. Sed omnes longeuas: nullamq; esse breuem uolunt. Sed hoc quidem ipsum uere forsitan putet. Omnes enim uitam reliquarum longe superant. Verum tamen inter se distant. Quædam enim magis. Quædam minus longeuæ. Vt in genere urbanarum etiam deprehenditur. Sed quæ nam sint istæ: querendum. Vrbanæ aperte differunt: eo quod aliæ longæ uitæ. Aliæ breuis sunt. Sed quoad simpliciter dici potest: uita siluestribus longior quam urbanis. Atq; omnino his: quæ in oppositum generatim distingui possunt. Vt oleastro: quam oleæ: & pirastro: quam pyro: & caprifico: quam fico. Quippe robustiores spissiores: fructuque infecundiores: existunt. Vitæ autem longitudo inq; busdam tum urbanis: tum siluestribus: uel famæ a fabularum auctoribus traditae testimonio patet. Nam oleam athenis referunt: palmam deli. Oleastrum olympiæ: fagos troiæ: super tumulum ili. Sũt qui & delphicam platanũ. Et alterã in caphyis arcadiæ stantẽ: fatas agamẽnonis manu

UVA. BHSC. IyR_056

dicat. Sed hæc quo pacto se habeant: indagationis alterius forsitan inter est explicare: Quod autem summa arborum differentia: sit plene intelligi potest. Viuunt enim prædictæ: aliæq; complures longo tempore. Breue profectus. Punica: ficus: malus: præcipue uerna. Et dulcis minus quaz acida. Vt inter punicas quæ nucleo caret interiori. Genera quoq; uitium: nonnulla uitæ breuis habentur: potissimo: quæ fœcundissima sunt. Videntur: & quæ aquis propinquæ proueniunt: minus durare: quã quæ in siccis: ut salix populus: sambucus. Quædam senescunt quidem: putrescuntq; uelocius. Sed ex eisdem rursus latere suo germinant: ut lauri: mali: punicæ: & auidarum aquæ pars maior. Dequibus ẽt rationem quispiam quærat ædem ne dici debeant an diuersæ. Et quemadmodum si præciso caudice: ut agricolæ faciunt: rursus germina assidue rectq; colendo inuites. Aut si in radicem usq; decideris: uel deuseris. Nam hic ẽt facere solent: nonnunq; & sponte accidũt Vtrum inquam ita arborem eãdem dici oporteat: an alteram. Et enim si partes incrementis & minuciõibus: atq; ẽt purgamentis naturalibus distare assid ue uideantur. Sic arborem eadem esse apareat. Cur enim his potius quã in illis referat. Sin aũt caudex potissimo ueluti essentia: naturaq; arboris esse credatur: Cum hic permutatur: totam quoque arborem alteram esse ratiõe putaueris. Nisi forte quia eadem utrique initia sũt: idem esse posueris. At qui sæpe numero euenit: ut & radices alteræ sint permutenturq; primis putrefactis aliis denuo enascentibus. Nam eo modo quo uites omnium maxime longeuas putant: quoniam non alias creent: sed ex se repleant: irridenda compe ratio fortasis appareat: modo caudex nõ perduret. Hic enĩ sicut fundamentum naturaq; arboruz constat. Sed hæc utro tandem modo dici debeat: nihil ad præsens referat opus: Illud aũt diuturnissimum forsitãsit: qđ omnibus rebus durare queat: ut olea & caudice: & germine laterali nepotũque procreatione: atque etiã stirpe incorrupta. Vitaz uero unius in qua posito caudice: proprincipio: temporis agi mensura debeat: annis maxime .cc. consumari uidemus. Sin autem credimus quod quidam de uitibus resdrũt quod radicibus particulatim detractis. caudex naturaq; tota similis: ac similifera quantumuis: temporis permanere queat. Hoc prorsus longeua omnium præcipue constat. Colendum autẽ hũc in modum censent. Cum uitis iam delabi uidetur palmites ad mittendum: fructumque anno capiendũ. Deinde altera exparte uitis suffodiẽdo radices omnes purgandum. Post sestucis implendũ terramq; acumulandum. Isto itaque: anno male admodũ ferre aiunt. Postero melius. Tertio & quarto stabiliri: ferreque multas bonasque uuas. Vt non alio modo se habeat: quam non uigebat. Cum iteruz langueſcere incipit partem alteram suffodiendum: colendumque simili ablaqueationis ratione: atque ita semper durare posse affirmant. Id autem anno maxime decimo fieri. Qua de causa: nec præcidere unquam eos debere: q ita faciũt. sz p multas ætates caudices eosdẽ durarẽ ut ne mẽminisse qdẽ sit: q

UVA. BHSC. IyR_056

ſeruerint. Hoc igitur expartis accipientes credere fortaſſe debemus. Quæ autem uitæ longæ: breuiſue ſint; his: quæ retulimus cõtemplari oportet. Morbos ſilueſtribus accidere negant: quibus intereant: tamen eas quoq; male affici dicunt perſpicuoq; præcipue: cum uel paulo poſt germinaturæ uel germinare incipientes: uel florentes: grandine uexantur: Cumq; flatus frigidus feruiduſue: his eiſdem temporibus ſucceſſerit. Tempeſtiuis ãt hyemibus: nec ſi excedant: quicq̃ offendi. Quinimo omnibus algorem p̃deſſe uolunt. Quippe niſi alſerint deterius germinare. Vrbanis morbi plures eueniunt. Alii omnibus quaſi communes: aut pluribus, Alii priuati per genera. Communes: uermiculatio: Syderatio. Raducatio. Omnes eiꝫ fere uermes etiam gignunt: ſed quædam pauciores: quædam plures. Vt ficus malus: pyrus. Minime autem: ut ſimplici ratione dicam: acres: & ſucco humentes lacteo uermiculantur eodemq; modo ſyderantur. Magis aũt nouellis: quam uigentibus: id accidere ſolet: & omnium maxime ſico: & uiti. Olea præter uermes qui: & ficum interimunt: fætificantes in ea clauũ patitur. Quidam fungum appellant. Alii ollam. Hoc eſt ueluti ſolis exuſtio: non nunq̃ etiam nouellæ: propter nimiam fertilitatem intereunt. Scabies: & cocleæ adnaſci ſoliti ficorum peculiaria ſunt. Non tamen id accidit eis ubiq;. Sed morbi his quoquẽ ratione locorum euenire uiolentur: quẽadmodum animalibus. Nam apud aliquos ſcabies nullo modo infeſtat: ut nec circa eneam: ficus maxime radicationem: cradationemq; ſentit. Vocant radicationem: cum radices inareſcunt: marceſcuntq;. Cradationeꝫ cũram: Crados. n. ramos ficulnos quidam appellãt: unde & morbo nomen Caprificus: neq; radicatione: neq; cradatione: uel ſcabie infeſtatur: neque radicibus uermiculantur. Quædam nec ſuos groſſos amittunt: etiaꝫ ſi fico inſerantur. Scabies potiſſimo gignitur: cum aquæ parum: poſt uergilias ceſſerit. Nam ſi multum fuerit cauſa contrahendæ ſcabiei omnis abluitur: & accidit tunc: ut & caprificus: & groſſi decidant. Vermium autem qui ficorum proprii ſunt. Alii ex ipſis naſcuntur arboribus. Alios parit: qui ceraſta uocatur. Omnes tamen in ceraſtam figurantur. Sonum edunt ceu paruuli ſtridoris ficus laborãt: & ſi imbres nimii fuere. Sic. n. ad radicem quaſi glabratur. Quod quidem uitium aulam appellant. Vitis hirculaſ. quod eius præter ſyderationem: potiſſimum eſt. Aut cum germina a fiatibus fuerint abſciſa. Aut cum imperitia culturæ fuerint læſa. Aut tertio cũ inſupinum fuerint exciſa. Roratio quod qdam roratio dicũt cum uitis defloreſcens irrorat. Aut cum fieri ſolet genus affectionis: hoc eſt: ut acini defluant: & remanentes paruuli conſtent. Quædam & cum alſere egrotant: ut uitis. Oculi namque primo putate hebetantur. Rurſuſque ex calore nimio idem euenit. Et enim eorum quoque temperamentum poſcunt. Sicut etiam alimenti omnino. Omneq; præter naturã fit: piculoſum occurrit. Vulnera q̃ꝫ ictuſq; circũfodientiũ magnopere faciũt: ut

UVA. BHSC. IyR_056

mutationesæſtuū: au frigorūnon tollentur. Cum.n. per luxationē labore3 que debile ſit: facillime a tēporis exceſſu deuincitur. Porro: ut quidā exiſti mant: maxima fere pars morbo3 ictu iiurioſo contrahit. Quippe quæ lyde rata appellant. quæq; radice inareſcant: hac eadem de cauſa laborant. Cre dunt & hos duos eſſe morbos dumtaxat. Sed id quide3 aut confeſſum ſatis habetur. Ex omnibus uero infirmiſſima eſt uerna malus: & ea3 potiſſimo dulcis. Quibuſdā leſiones: non nullæ ſterilitatē: non necem inferunt: Vtſi quis larici cacumen auferat: uel palmæ: ſterileſcere ambæ uidentur: nec pe nitus interire. Egrotant aliquando: & fructus ipſi: cum affiatus imbreſque tempeſtiue non fuerint. Accidit eni3 arboribus: ut alias fructus amittant factis aut nō factis: pluuiis: ut ficis: alias deteriores reddantur: putrefactæ: ſtrangulatæque: humoris nimietate: aut contra exiccatæ penuria ultra mō3 Peſſimum cūdefloreſcentibus quibuſdā: imber inceſſit: ut oleæ utique. Si mul enim defluit fructus propter exilitate3: in mileto oleas cū florent erucæ erodunt: aliæ fronde n: aliæ flore genere diuerſæ. Itaq; arbores diſpoliant. Naſcuntur tempore auſtrino: & uento: ſi ſol acri or inſequutus fuerit rum puntur. Circa tarentum fructum uberem oleæ ſemper præmonſtrant: ſed ſub flore pars magna perditur. Hæc ergo propria locorum. Oritur & alius morbus oleis: qui arachinium appellantur. Naſcitur. n. hoc & fructum ab ſumit. Adurunt & æſtus quidam & oliuas: & uuas: & alios fructus. Senti unt & uermiculatione3 fructus quorūdam: ut oleæ: pyri: mali: meſpili: pu nicæ. Vermis oleæ natus ſubcute fructum adimit. At ſi in ipſo nucleo ero dens prodeſt: ſubcute gigni prohibētur pluuiis: quæ poſt arcturum ſequā tur. Et indrupis quoq; oleis uermes naſcuntur: qui ad lacturam peiores cer te deprehenduntur: & marcidi: putreſq; omnino uidentur. Hinc & auſtri nis naſcuntur & riguis magnis. Gignuntur & culices in aliquibus arbo3: ut in robore: & fico: & conſiſtere ex humore uidentur: corticibus ſubdito gu ſtu dulci. Gignuntur idem & inquibuſdam oleribus. Alibi uero erucæ: di uerſo ſcilicet ortus principio. Et morbi quidem hii fere: atque in his ſunt. Affectiones aūt quædam temporie: aut alias per ſe euenientes: necare aſſo lent: quas nullus dixerit morbos: ut tabes: & quod uredinem quidā appel lant. Alii uero apud alios flatus interimere: ac exurere nati ſunt. Vt in calci de euboiæ olympias cum flauerit frigidus ante ſolſticia: aut poſt ſo ſtitia hiberna. Arbores enim exurit: atque adeo aridas ſiccaſque facit: ut ne ſol quidem: tempuſque longum reddere ita poſſint. Quocirca uredinē uocant Hæc ſæpe alias: & archippo athenis magiſtratu anno quadrageſſimo facta uehementiſſima proditur. Laborant maxime loca concaua: & inter ualles & uicina fluminibus: atque in ſummam quæ ab omni afflatu penitus ſci lent. Ex arboribus uero ficus præcipue infeſtatur. Secundo loco olea: olea ſter magis laborauit: quamquam robuſtior: quod mirum fuit. Amygda læ penitus. Mali: pyri: punicæ ſine noxa extiterunt: Quamobrem id quoq;

mi3: exur-

UVA. BHSC. IyR_056

mirum exuruntur ſtatim a caudice: atq; in totum magis: priuſq;. ut ita di xerim: ſentiunt partes inferiores. Deprehenduntur quædam ſtatim in ger minatione. Olea uero quoniam ſemper uireat: tardius. Quæ it. q; fronces amiſerint: reuiuiſcunt: quæ minus: penitus pereunt. Non nunquam quæ dam exuſtæ: foliiſq; areſactis: regerminarunt ſine ulla iactura: ſoliaq; reui xere. Id quibuſdam in locis uel ſæpenumero euenit: ut in philippis. Quæ autem tabuere: modo non penitus perierint citiſſime poſſunt regerminare ita ut uitis ſtatim fructificet: ſicut. Theſſali fit. Ponto autem circa ponto capeum tabes bifariam inuadit aliquando frigore: cum annus frigidus eſt. Aliquando gelu: ſi diu durauit. Ambo poſt brumam: dieb; maxime qua traginta peractis: fieri ſolent. Fit gelu ſereno tempore. Frigus quo tabes: præcipue cum in ſereno: ſi quamulæ quædam deferuntur: patent. Caſia ue ro non durant. Quanquam circa thraciam concreſcant. Sed enim morbi q; qualeſq; ſint: ac rurſum iteritus: qui exceſſu hiemis: aut æſtus eueniant: q; q; ab afflatuum frigore: caloreue: proficiantur ſint: hiſce cõtemplari. Quã do nil prohibet. Nonnullos etiam cum ſilueſtribus communes habe ri: tum uniuerſa arborum nece: tum etiam magis fructuum lue: quod ap te euenire uidemus. Quippe cum ſæpe nec ille probe fructificent: ſed cre do æque id obſeruatum habetur. Reſtat ut ea exponamus: quæ partibus quibuſdam ablatis: enecantur. Communis itaq; omnibus mors: cortice i orbem detracto. Omnes enim fere hoc modo necari uidentur: excepta po tulaca. Quæ tamen & ipſa: ſi quis carnem uehementer preſſerit: germenq; futurum luxauerit: morietur. Itaque uerius forte: excepta ſubere: dixeriz: hanc enim & iuuari potius: cortice detracto: affirmant: ſcilicet tam extero quam interno carni propinquo: ſicut etiam potulacam. Non & craſſo de tragitur: & uiti: & tiliæ: ex quo funes. Et ex minoribus maluæ: ſed non ui talis. Neque princeps ſed ſummus: qui plerunq; ſubnaſcente alio decidit. Corticis enim diſruptio communis arborum eſt: ut potulacæ: ut platani. Cum uero nonnulli arbitrantur: nouo itez ſubnaſẽte: extez iareſcere: diſ rumpiq;: multiſq; decidere ſponte: ſed non æque in omnibus rẽ eſſe cõſpi cuam. Ergo oẽs: ut creditur: cortice detracto intereunt. Sed refert: quoniã celerius: tradiuſue: & magis: minuſue. Quippe aliquæ plus temporis per manent: ſicut ficus: tilia: robur. Quidam eas: & uiuere interdum: nec in terire affirmant: & corticem ueluti pumicis ſpecie concalleſcere: atq; natu ram peculiarem quandam haurire. His itaq; mederi conantur: luto fouen tes: obſtruentesq; & harundinibus. Atq; id genus ſtramentis opertas: illi gantes: ne frigeant: uel ſubareſcant: etiam nonnunquam reſtitui: regermi nareq; potuiſſe ꝓditũ eſt: ut apud heracliã trachianã ficos: ſz præter uirtu tẽ ſoli: tẽperamẽtũq; cæli. Supuenientes q3 reſpondeãt opus ẽ. Frigoribuſ .n. aut ẽt calorib; nimiis conſecutis: ſtatim intereunt. Refert & ipſ anni: quippe in germinatione abietis piniq; tũ ẽt cortice turgido ſẽ mẽſe februario

F

UVA. BHSC. IyR_056

uel martio: ſiquis detraxit ſtatim moriuntur: hieme diutius tollerãt: & magis quæ robuſtiſſimæ ſunt: ut: ilex. Robur. Harum enim interitus diuturnior eſt. Latitudinem quoq; aliquam decorticatio habeat oportet: omnium quidem: ſed maxime robuſtiſſimarum. Nam ſi anguſtam admodum feceris: nihil abſurdum: ſi non interierint. Quanquã ſint: qui etiã ſi quantum libet auferatur: necari penitus dicant. Sed hoc de infirmioribus quidem cõſentaneum dixerint. Quaſdam enĩ & ſi inorbẽ non excorticentur: interire affirmant: quæ uel ſolum tenue ieiunumque tenent. Igitur hæc ut deiudicauimus mors cõmunis omnium eſt. Quam uero decacuminationem appellant: tantuz inter arbores: pyno abieti: piceæ palmæque aſſignatur. Quidã & cedro & cupreſſo referunt. Hæc enĩ detracta coma: deciſoq; cacumine: tota intereunt: nec quicq̃ germinãt: ſicut nec ſi aduſta: aut tota: aut parte aliq̃ fuerunt. Reliqua aũt omnia: & præciſa germinant. Et non nulla meliora reddunt: ut oleæ: intereunt maxima ex parte uel fiſſo caudice. Nulla enĩ tollerare uidetur: præter quã uitis: ficus: punica: malus. Quædaz uel abulcere ampliori: altioriq; intereũt. Aliæ nihil offenduntur: ut pinus cum teda deſcinditur & oĩa ex quibus reſina colligi põt ut abies terebintus. Haruz. n. uulneratio ulceratioq; in pfundo: qppe ex infœcũdis: fœcundæ. Et ex pauciferis: multifere redduntur. Quædã etiã ſecuriz ita tollerant: tam ſtantes quã afflatu proſtratæ: ut reſurgant: uiuant: germinẽtq;: ut ſalix: & platanus Quod & in antandro: & philippis euenerat. Cum. n. platanus procidiſſet ramis amputatis: truncoq; ſecuri luxato: reſurrexit: noctu leuata onere atq; reuixit: & cortex iterum circũtexit. Erat duobus lateribus circũdolata: longitudine decem cubitis maior: craſſitudine: ut quatuor uiri non facile amplecterẽtur. Salix aũt: quæ in philippis reſurrexit: fuit quidem detruncata: ſed non circummodo lata. Aruſpex: tunc quidam perſuaſit: ut ſacrificarẽt cuſtodirentque arboreȝ: ut pote factam oſtento fauſto. Reſurrexit: & ſta gitis in muſeo populus alba procidua medulla exempta. Nulla fere arbos moritur. Argumentuz quod multæ arbores magnitudine excellẽtes: cauãtur: inanes quod fiunt. Arcades quidã tenus ſi eximatur uiuere dicunt: tota uero exuniuerſa arbore exempta: & pinũ: & abietẽ: & reliquas oẽs interire. Cõis oĩbꝫ mors: & ſi radices amputent: uel oẽs uel pluriæ: & quæ maxie ſit uitalesq; ĩ pmis: igit hos ĩteritus ex dẽptione dicẽdũ. Quia ãt oleo cõſeqt adiectiõe ueriusq; dã: q̃ dẽptione ĩcurrit. Quippe oleũ oĩa necat. Qua de cauſa radicum extirpandaꝝ reliquiis oleũ infundunt. Valet oleũ magis in nouellis: & in præſens naſcentibus: ſũt namq; debiliores. Qua propter & tãgi eas agricolæ prohibent: Necantur & inuicẽ inter ſeſe alimenti rapina: & cæteris in rebus impedimẽto. Moleſta: & hedera ad naſcens: ac uinciens. Moleſtus & cytiſus. Nam omnia ferme necat. Sed eo ualentior auro ẽ. Hic. n. uel cytiſum ipſum interimit. Quædam non necant: ſed ſucci odoriſq; uiribus reddunt deteriora: ut braſica: & laurus uitem offendũt: olfari quippe

UVA. BHSC. IyR_056

eam: & attrahere dicunt. Quamobrem germen cũillis propinquum fuerit recedere: atq; auerti: ut pote inimicũ fugiens odorez. Androcides exemplo hoc usus est: de medulla contra uinuz confecta: ex brasica uidelicet tenuẽ tam posse propulsare: qppe cũ uitis ẽt uiua: odorez brasicæ fugiat. Interitus itaq; q̃ pacto fiant: q̃ sint: q̃q; modis eueniãt. iis q̃ explanauius: patet.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM. LIBE. V.

d EMateries cuius modi una quæq; sit: & quo tẽpore tẽpestiue cedatur & quibus cõmoda operibus constet: & q̃ tractatu difficilis facilisue: & q̃q̃d eiusmõi cõmentationẽ contingit: æq; atq; superiora: explicar̃ tentandũ nunc est. Cedi itaq; tempestiuam: rotundam q̃dẽ materiez: & omnem q̃ decorticanda accipitur: cũ germinare incœpit. Tunc. n. cortex extricatu perfacilis est. Quod turgere appellãt: scilicet ratione humoris: q̃ sub eo cortice fieri solet. Postea ĩextricabilis redditur: materieq; nigrescit: in formisq; fit. Quadrandam ãt post turgorẽ. Securis ãt deformitatem aufert. Deniq; omne qd̃ pro ualido capi oporteat: tẽpestiuius ceditur. Non solũ cũ germinare desierit: sed ẽt cuz fructũ percoxerit. Vel decorticationis causa fit: ut rotunda: q̃q̃ intempestiua: pro tempestiuis: ad usum ueniant. Quãobrem tempora per euentum dici contraria debent. Abietis materies primo turgore coloratior redditr̃. Naz & corticem abietis tam ẽ: & pini: & laricis: potissimo detrahunt. Igit̃ istæ uere ceduntur. Tunc. n. germinare. Reliq; aliquando post messem. Aliqñ post uindemiam: & arctuz utaria ulmus: Acer. Fraxinus. Crapinus. Scissima. Tilia. Adsumnam: quæ aptæ obrui sunt. Robur seriissime cedendũ. Videlicet hyeme: post autumnũ. Quod si sub turgore cedat̃: citissime omniũ fere cõputrescit. Seu cum cortice. Seu sine cortice capiatur: potissimũ q̃ primo turgore: proxime quæ secundo: tertia quæ tertio. Quæ ãt post fructuũ maturitatem cedant̃: quis ñ turgida sint: ĩcorrupta perdurant. Præter q̃ q̃ sub cortice uermiculi quidã nascentes: caudicem per summa inscribunt. Quibus signis pro sigillis non nulli utunt̃. Robur profecto cesum tempestiue: neq; putredinez sentit & præduz: spissumq; ad similitudinem cornu perdurat. Totuz. n. cordis specimen gerit. Sallicortex tamẽ uel eo tẽpore cæsa uincitur. Quin & illud e contrario euenit: cum in germinatione ceduntur. Cumque post fructus editos. Tunc enim exiccantur caudices: & arbores radicitus regerminare minime possunt. Sz post fructus regerminãt. Quãquam eo tempore cedi difficilius possint. Duriciæ causa cedi etiam post lunæ occasum præcipiunt: quasi duriora: & commutrescere peruicatiora forent. Sed cum maturitates fructuum: interse differant: constat quod etiam uigores arborum refere ad cedendum est necesse. Semper. n. serotinarum magis cesura serior. Qua de causa particulatim quidam expedire conantur ut pi

UVA. BHSC. IyR_056

num: & abietem cedi oportere cum germinare incipiunt. Sciſſimam. Tiliã Aceremem: carpinum: autumno. Robur: ut diximus: poſt autumnũ. Sunt tamen qui etiam id tempeſtiuum in uere exiſtimant: cum amentum: quo cant: gerit. Et piceam cum uua eius florere incipit. Quæ igitur tempeſtiua omnibus annis celio ſit: hũc ferme in modum deprehenditur. Certo autem cõſtat quod uigentium arborũ melior quam nouellarũ: uel annoſarũ: materies ſit. Quippe cum earum: alteræ plus terræ: alteræ plus aquæ contineãt Vius uero plurimos: maximoſq; pinus: atque abies præſtant. Harumque materies ampliſſima: & pulcherrima conſtant. Diſtant iſte inter ſe multiſariam. pinus enim carnoſior: neruiſq; paucis eſt. Abies neruatior: atq; rigidior: ita ut utrunq; e contrario habeat neruos ualidos. Carnẽ mollẽ & rarã Qua de cauſa altera grauis altera leuis eſt. Altera enim teda referta eſt: altera nuliã ingerit tedã. Obid etiã albior eſt: ad hæc pino rami plures: abieti longe duriores: uel potius & omnium ramorũ duriſſimi: ambabus ſpiſſi: & cornu ſane imitantes: colore flaui: & tedæ ſimiles: qui cũ abſciſſi fuerint tam pino quã abieti: humor defluit. Sed abieti largior eſt. Prætereа tunica multiplici abies: modo cepæ aſſiduæ nanq; tunicæ conſpectæ: ſubditã aliam gerit: atq; ex his tota conſtat: Quapropter qui ramos dolant: ſingulariq; pleneque auferre conantur. Naq; ſi ita auferrantur: ramus ualidus relinquetur Sin aũt permutauerint: nec pariter dempſerint: infirmus reddetur. Hunc enim in moduq; ictus illo demptio fit: eſt etiã excelſior: atq; procerior abies: Ideoq; antẽnas: maloſq; ex ea facere aſſolẽt. Habet & uenas neruoſq; cĩuq; nobiliſſimos. Creſcit hæc primuq; in excelſuq; quad libere ſolẽ accipiat. Neq; ramus ullus: neq; germinatio lateris neq; craſſitudo iteriq; factitat: poſt ipſũdũ latũq; incremẽta capeſſit: atq; ita ramorũ ex ortus latrales germinatões ſecunt. Hæc abietis ꝓpria: illa uero & pino: & abieti: & aliis cõia conſtant: alia. n. quadripartita: alia bipartita: alia ſimplex. Quadripartitas appellãt qbus in utranque partem medullæ: bini uenarum curſus naturæ contrariæ pertendunt. Atque utrunque curſum adigunt ictus. curſibus contrarios inſerẽtes dum in utranque partem medullæ ſecuris remeat. Ita enim eueniat neceſſe eſt: naturæ uenarum ratione. Ergo tales abietes: pino quadripartitas appellant: & eaſdem ad opera uehementer probant. Materiem enim ſpiſſiſimam præſtant: & egidem gignere iſta ſolent: Bipartitæ ille curſum uenarum unũ tantum in utranque partem medullæ gerunt: eoſdemque inuicem contrarios habent: ut & ſecuris duplex adigiqebeat ſimplex per utrunque curſum ictu contrario. Mollem hanc materiem referrunt: ſed in opere peſſimam. Quoniam maiorem in modum peruertitur. Simplices uocant: quæ unum dum taxat uenarum habent curſum. His idem ſecuris utraque ex parte medullæ adigatur laxiorem natura materiem hanc eſſe affirmant: ſed a peruerſuone tutiſſimam. Diſcrimen arbores ſuis corticibus oſtendunt. Quamob rem: ubi primum arborem uiderunt: cuiuſmodi ſit: diſcernere queunt.

UVA. BHSC. IyR_056

